



DISPUTATIO INAUGURALIS,

De

P. 53. num. 29.

Fideicommissis

1622, 1

Familiæ Relictis & in specie
de Jure Majoratus.

QVAM

DIVINA CLEMENTER AD-
JUVANTE GRATIA

Jussu & Decreto Magnifici Gravissimiq; Jcto-
rum Ordinis, in celeberrima Lipsiensium
Universitate

*Pro Licentia, & dignitate Doctorali
in utroq; jure obtinenda*

Publicè discutiendam examinandamq;
proponit & exhibet

M. JOHANNES JACOBUS AGRICOLA Lips.

Ad diem Febr. 28.

Loco horiq; solitis.

Lipsiæ,

Excudebat FRIDERICUS LANCKISCH.

Anno M. DC. XXII



Viro Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo,

Dn. BENIAMIN KHALEN,
J. U. D. Ducum Lignicensium ac Brigenſium
Conſiliario, Ducatus Lignicenſis Cancellario
& Sacri Conſiſtorii in Ducatu Lignicenſi
Aſſeſſori primario,

*Domino Affini Patrono & Promotori ſuo devotè
atatem ſuſcipiendo.*

NEC NON

*Viro Nobiliſſimo, Antiqua Generis proſapia,
ſingulari prudentia variarumq; rerum, uſu & experientia
praeſtantiſſimo,*

Dn. LUDOVICO ab Aſſenburg/ Seniori
Hereditario in Wallhauſen/ Schirmick &
Dündenburg/ &c.

*Dn. Fautori ac Promotori ſuo ſummo ſtudio
perpetim ſubmiſſè colendo,*

Hoc exercitium inauguralè

officioſſime

offert & dicat:

M. JOHANNES JACOBUS AGRICOLA
Lipſienſis.

Præfatio.

Fideicommissa familie relicta magnam convenientiam & similitudinem cum majoratibus habere, vel exinde constare potest, quod in pleriq; principis, questionibus aliisq; ipsam materiam concernentibus eadem juris ratio ac dispositio in utroq; obtineat. Equidem adeo cognatas & affines has materias esse, plurimi Jcti præminentissimi ac in primis Fernand. Vasquius, Petr. de Peralta, Didac. Covar. Anton. de Padill. & Alvar. Valascus attestantur, dum nimirum Majoratum nihil aliud, quam fidei commissum aliquod perpetuum censuerunt. Quia verò usufrequens & quotidiana, scitu necessaria nec minus difficilis utriusq; cognitio, non me operans lasurum arbitratus sum, si utramq; hanc materiam conjungendo inq; unum velut congerendo pro virili addiscendi causa assumerem, ac una serie, unaq; tractandi methodo percurrerem ac perlustrarem; Hac adjecta conditione, ut si quid diversitatis ac differentie in alterutra occurreret, id specialiter innuerem significaremq;. Alias vero promiscue & indifferenter utramq; perstringerem ac degustarem.

THESIS I.

His Fideicommissorum (a) cum sub Imperatore Augusto natum (b) sub Claudio altum & educatum (c) sub Nerone confirmatum (d) ac deniq; à

A 2 Sacra-

Sacratiss, Imp. Justinian. reformatum sit ac interpolatum: (c) Tutissimè testantes sub hoc disponendi genere bona sua universis familiis totiq; posteritati relinquunt.

(a) Hujus vocis notatio nativaq; ejusdem significatio, ipsam Fidei commissorum originem satis subinnuit. Nam olim i. tota hæc res nudo pudori & fidei eius, qui rogatus erat aliquid restituere, committebatur, adeoq; nulla præstandi necessitas jurisq; vinculum ei erat injunctum § 1. *Instit. de fid. hered. Ulp. in frag. t. 25. & Paul. Sent. l. 4. c. 1.* quod 2. Confirmat § *fin. l. eod.* ubi prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pependisse & tam nomen quàm substantiam inde accepisse asseveratur. Atq; huc 3. Chifflet. quoq; *l. 1. de Jure fid. c. 1.* respexisse videtur, dum fideicommissorum nomen in familiariorum natorum eorumque proprium & vernaculum esse, asserit. (c) Primus namq; Imperator Augustus liberum hoc restituendi arbitrium propter insignem quorundam perfidiam immutavit, adq; juris necessitatem pertraxit, eâ videlicet ratione, ne ij, quibus justis ex causis aliquid relictum, cum id directo ex testamentis capere non possent, eo iniquè contra testatoris intentionem defraudarentur, *d. § 1. & fin. 7. de fid. hered. argumento l. une. C. de his qui ante. ap. tab. l. 9. & 10. ff. pro Soc. (c) l. 2. § 32. v. 5. post deinde. ff. de Orig. Juris.* Necessitate n. juris imposta, cum justum videbatur & Reipub. salutari, nec minus necessarium, paulatim ea res in assiduam jurisdictionem conversa est. Tantus namq; fideicommissorum favor factus, ut proprius etiam prætor, qui de iis jus diceret, à Claudio crearetur, *d. § 32. & l. 2. C. qui pot. in pig. (d) § 4. 7. de fid. hered.* Tempore n. Imperatoris Neronis, Consulibus Annæo Seneca & Trebellio Maximo existentibus, cum assiduus frequensq; fideicom: usus magis magisq; invalesceret. Senatusconsultum de hereditariis actionibus transferendis factum est, quod etiam à Trebell. Max. sic nuncupatum *d. § 4. l. 1. pr. ff. ad SCT. Trebell. VVesenbec. Parat. ad b. tit. num. 2. (e) § 7. 7. d. t.* ubi Imp. Justin. exploso SCTo pegafiano propter scrupulosas stipulationum captiones omnem ejus vim

vim, effectum & auctoritatem interpolando & tollendo in
Sctum Trebellianum transfudit d. §. 7. aliq; multa salu-
briter & novè eadem de materia sanxit & introduxit *argum. l. 6*
pen. § ult. C. ad Sctum. Trebel. Nov. 108. c. 1. § 2. & Nov. 123. c. 37.
(f) Nam cum jura fideicom: adeò multis Imp. constitutio-
nibus munita & confirmata sint, ut vix ullus commodior, ap-
tior, firmiorq; disponendi modus iis dari possit, quo testato-
res univervo generi & agnationi suæ in infinitum consulere,
bonaq; sua perpetua efficere possent: Neque alias etiam te-
stantes quicquam carius aut antiquius imò magis in votis ha-
bere possunt, quàm memoriæ perpetuitatem, familiarum,
splendorem & propagationem bonorumq; conservationem:
Igitur justis hisce ex causis sæpius factum est, ut testatores
bona sua extra familiam per modum fideicommissi alienare
prohiberent, atq; ita fideicommissa familiæ constituerent: ut
ex quamplurimis textibus in hac Disput. allegandis manife-
stum fiet. Quibus cum maximè conveniens & affine quoq;
sit illud disponendi genus, quo ob vim quandam majori æta-
ti innatâ aliasq; prærogativas seniori ex filiis vel in familia ad
conservationem bonorum & familiæ dignitatem bona quæ-
dam relinquunt, atque ita iisdem de rebus majoratus institui so-
lent. Quapropter de hac utraq; materia in seqq. melioris
cognitionis hauriendæ ergò, ulterius dispiciam.

I I.

*Visa notatione & significatione nominis fi-
deicommissi, ad majoratum (a) venio, qui procul
dubio à majore natu (b) sic vocatur, & aliàs a-
pud Interpp. varias sortitur appellationes (c)
& quandoq; pro juribus & præcipuis illis præro-
gativis primogenituræ (d) quandoq; v. pro ipso
jure quod in bonis habent majoratum possesso-
res, aliquando a. pro re ipsa majoratui supposita
accipitur.*

(a) Sciendum h. l. verbum majoratus collectivum esse,

& sub suo ambitu plures personas primogenitorum utriusque generis & qualitatis quoad primævam nativitatem respectu aliorum includere, adeoque perpetuitatem quandam omnemque substitutiones ad eandem inducendam necessarias importare. Quoties g. simpliciter & absolute ponitur ex vi verbi perpetuam omnium natu majorum vocationem implicat, ita ut bona semper unita conserventur, & de majore in majorem ejusdem familiae usque in infinitum deveniant. *Covar. Var. Resol. lib. 3 c. 5. num. 6. del. Casil. quest. Quotid. quest. 22. num. 2. & 3.*

¶ *Et seqq.* Atque huc referenda quaestio: An is qui majoratum instituit seu fideicom. fam. relinquit, & ad ejus successorem majorem natu seu certas quasdam duntaxat personas eodem gradu invitavit, censeatur hoc ipso alios propinquos & collaterales exclusisse? Neg. verior. 1. quia majoratus ac fideicom. fam. ea natura est, ut bona in familia integra & indivisa perpetuo conserventur, *l. 114. §. 14. de leg. 1. l. 77. §. 27. de Leg. 2. l. 38. §. 3. de Leg. 3. l. 32. §. fin. de Leg. 2. l. 54. de Leg. fale.* Igitur majoratum instituens sive tale fideicom. relinquens censeatur omnes vocasse, omnesque substitutiones fecisse per quas familia potest conservari, *arg. l. 2. cum siml. ff. de Jurisdic.* 2. quia majoratus verbum ut & fideicom. fam. sunt nomina collectiva, tractum successivum habentia, quae sua natura pluralitatem & perpetuitatem quandam involvunt. Igitur cum in vocatis specialiter perpetuitas non possit dari, his extinctis, qui nominati sunt, successio non expirat, sed ad alios proximiores devenire debet, *d. l. 32. in fin. l. 69. §. 3. de Leg. 2. l. fin. C. de V. S. l. 195. §. 1. & 2. ff. cod. 3.* quia hoc loco mens & voluntas disponentium haec est, ut omnes de familia succedant *dd. l. 1. 67. §. 9. de Leg. 2.* Voluntas n. in fideicom. dominatur & inspicienda, *l. 19 ff. de C. & D. l. 16. C. de fideicom. & c.* Ea g. expressis verbis praeferenda, quae minus scriptum quam dictum sit, *d. l. 19 ff. de C. & D. l. 102. cod. l. 6. §. 1. C. de Inst. & Subst. l. 30. C. de fideic. & similibus.* Facit 4. quod casus proveniens ex natura & qualitate alicujus actus essentiali pro expresso censeari debeat, praesertim tunc, ubi ex unico etiam verbo plures subrogationes deducuntur *l. 41. §. 4 ff. de vulg. subst. (b)* Majoratum à majore natu dictum puo,

ro, quia sc. is prima virtus in gradu naturæ, & simul ætatis ratione existit, cui sive inter liberos sive in familia major & senior sit, bona ea relinqui solent, ut penes eundem indivisa & inalienabilia perpetuò ad familiæ conservationem remaneant; quo de plura *lib. 4. sub definit. majoratus*. Major natu autem propriè hic is dicitur, qui primò natus ætateq; ceteros antecellit & juniore opponitur *l. 15. S. ult. in fin. ff. de adopt. S. 4. Inst. eod. l. 14 S. 1. & 2. ff. de bon. lib. adeò, ut tanquam senior in jure successione à lege aliis, qui dignitate genere, nobilitate, scientia vel aliis qualitibus majores sunt, anteferatur, glos. in C. lex est, dist. 2. Verbo majores natu, & fuffissimè in c. fet des, de rescript. c. Joseph, de V. S. l. 92. & 155. ff. de V. S. (c) Modò n. majoratus, majoricatus, majoria, modo primogenium, primogenitura, jus primogenitale, item Senioratus, prioratus, primatus aliisq; nominibus appellatur, *Tinaq. de Jur. primog. quest. 1. num. ult. & in Præfat. num. 2. 3. & seqq. Roderic. Suar. in quest. major. num. 6. & 8. Valq. l. 2. de Creat. succes. § 20. num. 307. & alibi passim.* (d) sic accipitur *Gen. 25. v. 31 & cap. 27. v. 18. item cap. 41. v. 33.* ibi: primogenitus juxta primogenitura sua: *Deut. 21. v. 17. Heb. 12.* & talia jura sunt, ut primogenitus ex omnibus bonis patris cuncta habeat duplicata, item ut ad dextram Patris sedeat, habeatque vestem peculiarem, diebus festis, aliisq; plura de quibus *lib. seq. lit. e. (e) Bald. in l. 19. C. de jur. delib. n. 11. Tinaq. de jur. primog. quest. 1. n. 14.* Sic pignus quandoq; significat ipsam rem pignori datam *S. 7. v. nam pignoris, J. de Act. 11. de distract. pignorum l. 6. S. fin. l. 8. S. 4. & 5. ff. de pig. act.* quandoq; jus creditori in re pignoratæ constitutum *l. 1. prin. de pig. act. l. 4. de pign.* Quod similiter de commodato, mutuo deposito, feudo & emphyteusi demonstrare non adeò difficile esset, quæ itidem modò rem contractui subjectam, modò ipsum contractum inde descendente denotant.*

I I I.

Origo majoratus tum ex jure divino (a) naturali (b) & gentium (c) tum civili (d) canonico (e) & consuetudinario (f) derivari potest.

(a) Jure

(a) Jure n. divino quam plurimæ prærogativæ & præ-
minentia primo natu præ cæteris competunt, *Gen. 25. v. 31. &*
cap. 27. v. 18. cap. 43. v. 33. ibi: primogenitus juxta primogenita
sua *Deut. 21. v. 17.* ubi cuncta ex bonis patris duplicata primo-
genitus sibi vindicat, ipse enim est principium liberorum ejus,
& huic debentur primogenita, cui suffragatur 2 quod primo-
genita ceu præstantiora & reliquis meliora Deo sint offeren-
da, consecranda & sanctificanda *Exod. 13. pr. & 22. Lev. 27.*
Num. 3. 8. & 18. Deut. 12. 15. & 17. Item primitiæ fructuum
Exod. 25. & 34. Num. 31. Deut. 18. & 26. & alibi passim, nec non
3, illud *Zacharia cap. 12.* ibi: & dolebant super eum ut doleri
solet in morte primogeniti, & 2. *Reg. 13.* ibi: & noluit contri-
stari Spiritum Ammon filii sui, quoniam diligebat eum, quia
primogenitus erat ei; hinc etiam 4. ultima illa Ægyptiorum
plaga mors sc. omnium primogenitorum longè gravissima fu-
it acerbissimaq; *Exod. 11. (b) 1.* Quia omnia animalia ex lege
ipsius naturæ & naturali quodam instinctu ardentius im-
pensiusq; primogenita amant, eisq; velut jus quoddam primo-
genitura attribuant, idq; 2. ideò. quia primonata sunt veluti
ipsis progenerantibus conjunctiora, dum scilicet ex his im-
mediatè enascuntur, eosq; arctiori propioriq; naturæ & ne-
cessitatis vinculo attingunt, quod 3. Sacris quoq; literis con-
sentaneum, quæ primogenitum filium dicunt primitias sive
principium virtutis & virium patris *Psal. 78. Gen. 49.* ibi: Rue-
ben primogenitus, tu fortitudo mea & principium doloris
mei &c. Et hoc ipsum 4. natura tum in animalibus brutis,
tum etiam in herbis & plantis attestatur, quarum primitiæ
primæq; virtutes meliores reliquisq; præstantiores & effica-
ciores, non tam in medicina, verùm aliis etiam in usibus hu-
manis crebrò conspiciuntur. (c) 1. quia apud omnes gentes
observare licet, quæ singularia & præcipua quædam majori-
bus natu ceu capitibus familiarum assignant: primogenia n.
familiarum quædam ornamenta & dignitates privatae scil. &
domestica esse censentur, unde apud Gallos, Hispanos, An-
glos, Ungaros, Apulos & Siculos, item Insulares, Syros, Par-
thos, Germanos & Numidas ejusmodi observantias & con-
suetudines frequentes usq; receptas esse prolixè testatur. Ti-
raq.

mag. d. prafat. n. 3, 4, 5. & feqq. Gold m. de Senior, l. 3. c. 9, 10.
& feqq. 2. quia jus testandi, contrahendi & de rebus suis liberé
disponendi ratione primæva originis ex jure gentium proma-
nat l. 3 §. 2. ff. de mil. test. l. 2. C. eod. l. 5. ff. de iust. & Jur. §. 2. l.
De l. N. G. & C. l. 1. pr. de acqu. rer. dom. §. 11. l. de R. D. At bo-
nis suis certas leges, conditiones, modos & gravamina anne-
ctere five per modum testandi contrahendive, uti in majora-
tibus evenire solet, continetur sub illa disponendi libertate
l. 21. cum siml. C. mand. E. erit juris gentium. (d) 1. quia ratio-
nes & fundamenta quibus majoratum institutio potissimum
sustinetur. ex jure civili petita sunt, nim. ut in memoria familia
bonaq; defunctorum indivisa, integra & illa sa penes familias
maxima Reip. utilitate conserventur; infra Tb. 4. 7. & alius Tb.
2. quia jus civile passim multa de fideicomm. conditionibus,
cautionibus & gravaminibus, in quibus majoratum natura
consistit, disponit l. 69. §. 3. Ibi proximus quisq; primo loco videat-
ur, invitatus de leg. 2. l. 38. §. 1, 2, & 3. de leg. 3. l. 32. in fin. l. 77.
§. 11. de leg. 2. l. fin. ff. d. Fid. Instr. cui 3. accedit, quod majoratus
species sit quæ dâ fideic. atq; in quamplurimis eodem jure cõ-
teatur. infra Tb. 4. lit. g. & b. At fideic. juris esse civilis Tb. 1. ostent
f. m. hinc etiam 4. argumentatio à Vasallo, Emphyteuta, fidei-
commisario, fructuario, marito aliisq; similibus, propter i-
dentitatem rationis, ad majoratus possessorem sæpius sumi-
tur; Baldus in d. l. 19. C. de Jur. delib. n. 6. Roderic. Suar. d. quest.
n. 2, 3, 4. Covar. lib. 3. Resol. c. 5. n. 5. Ludov. Mol. lib. 1. de Hisp.
primog. c. 7. (e) Gloss. in c. quam periculosum 7. quest. 1. ubi in-
verbo primatus plures recenset prærogativas: nimirum pri-
mogenitos in festis sacrificia obtulisse: sedisse ad dexteram pa-
tris: cibos duplicatos sumisse: diebus festivis pretiosam ves-
tem induisse: cuncta ex bonis parentum duplicata accepisse:
eosq; in solennitatibus & conviviis fratribus minoribus
benedixisse, ac tandem à patre in mortis articulo benedictio-
nem recepisse. c. 1. de V. S. C. Ecclesia v. item peccato Agyptiorum;
item vers. animalia v. Agyptiorum & primogenita. quest. 1. & c. rever-
timini 16. quest. 1. & gloss. inc. licet de voto. (f) quia non raro
etiam in his vicinis aliisq; locis ejusmodi testamentium disposi-
tiones fieri solent, quibus certa quædam bona penes majo-

B rem

tem natu in familia perdurare præcipiuntur. Et licet ab ini-
tio Reges, Principes ac Duces, in suis regnis, principatibus ac
ducatibus tale quid proprium ac peculiare habuerint: attamen
cum subditorum mos sit, ut in omnibus id sequantur.,
quod Reges ac Principes suos facere conspiciunt, juxta illud
Claudiani:

Regis ad exemplum totus componitur orbis:

Maximè cum hoc modo patrimonia unita conservètur, & toti-
tis familiis optimè prospiciatur, idè factum est, ut paulatim
à principibus in subditos & privatos hæc consuetudo sit deri-
vata ac transfusa, c. duo ista 23. quest. 4. Panorm. in c. venerabili-
lem, Verb. Germanus de Election.

I V.

*His præmissis: definitiones fideicommissi fa-
miliæ (a) & majoratus conjungens, tales subij-
cio: Illud est donatio (b) quedam (c) à defuncto
ea lege relicta, ut bona proximioribus eodè gra-
du (d) in familia perpetuò (e) ac ordine succes-
sivo (f) deferantur. Hic verò est fideicommissum
(g) quoddam (h) in bonis institutoris eo modo re-
lictum, ut ea in familia integra perpetuò (i) con-
serventur, proximoq; cuiq; primogenito (k) or-
dine successivo (l) deferantur.*

(a) Nomen familiæ collectivum est & universam agna-
tionem plurium personarum ascendentium, descendentium
& collateralium, imò uxorem quoq; generum & nurum com-
prehendens l. fin. C. de V. S. l. 195 § 1. & 2. ff. eod. l. 32. § fin. l. 69.
§ 3. de leg. 3. Nov. 159. pr. c. 1. & 2. ac dupliciter accipitur: pro-
priè n. & strictim eos tantum qui in potestate ac jure nati
sunt complectitur: latius v. & generalius sumptum alios quo-
que agnatos, collaterales & propinquos continet d. l. fin. & l.
195. de V. S. l. 38. §. de leg. 3. l. 78. § 3. de leg. 2. (b) 1 quia ex me-
124

ra liberalitate nullo jure cogente proficiscitur, l. 1. §. 29. ff. de donat. l. 18. de adim. vel transfer. leg. l. 67. §. 1. de leg. 2. l. 82. ff. de Reg. Jur. 2. quia nullum onus aut incommodum extrinsecum, sed merum lucrum in se continet, l. 32. v. nam legat. ff. mandat. §. 6. Inst. de leg. l. ult. C. de hered. act. 3. per §. 1. & 3. ff. de leg. ubi donatio quædam ab ipso Imperat. definitur: ac licet 4. fideicommissarius quoq; ad onera quædam teneatur: ea tamen realia sunt quæ ex re ipsa oriuntur, ac plerumq; quemvis rei possessorem, & sic donatarium quoq; sequuntur: sic etiam Legatum interdum onus habet l. 20. de leg. 2. l. 78. de leg. 1. l. 8. de leg. 3. & contra hereditas, quæ solvenda est, licet aliàs multis oneribus supposita sit, lucrosa dicitur l. 7. §. 5. & 8. ff. de minor. l. 108. §. 4. de leg. 1. l. 119. de V. S. facit 5. quod quemadmodum fideicommissum aliud universale aliud v. particulare: 1. 1. ff. & C. ad SCum Trebel. & 1. 1. ff. & C. de leg. sic quoq; donatio alia universalis, alia particularis l. 35. §. 4. v. vel etiam totius, & §. 5. ibi totam substantiam tradere C. de donat. l. fin. §. pen. C. com. de leg. l. 50. ff. de leg. 2. l. 8. C. de revoc. donat. l. 17. §. 1. quæ in fraud. cred. l. 5. C. de inoff. donat. §. 40. ff. de rer. divis. (c) scilicet non pura & simplex, sed certis legibus & modis limitata, uti ipsa definitio luculentius demonstrat. Notandum a. h. l. fideic. hæc per modum præceptionis relinqui solere; præceptum v. hujusmodi duplex esse: vel enim cum causæ & quidem justæ & rationabilis expressione, nec non certæ personæ intuitu & affectione, vel absq; ejusdem adjectione & cōsideratione concipitur: priori modo efficax & validum est; posteriori v. inutile & nullius momenti l. 114. §. 14. de leg. 1. l. 38. §. 4. de leg. 3. l. 93. d. leg. 3. arg. l. 24. §. 7. de fid. liber. Ratio a. cur causæ expressio requiratur inter varias quas Dd. com. tradunt, hæc verisimilior videtur, quod per hujusmodi præceptionem adimatur facultas liberè de rebus suis disponendi & testandi. Nam postquam fideic. agnoscendo fideicommissum, dominus ejus effectus est, ei postmodum liberum de iis pro arbitrio disponendi l. 21. C. mand. l. 6. §. 11. ff. de petit. hered. l. 14. C. de contrib. empt. Igitur ut ei hæc facultas auferatur, justa & rationabilis causæ ejusq; expressio necessaria est d. §. 14. l. 77. §. 27. l. 69. §. 1. & 3. de leg. 2. Atq; hæc causæ ex-

pressio itcrum vel apertis verbis declaratur, vel tacitè subintelligitur: exempla sunt in *l. 3 §. 4. ff. de adm. leg. l. 1. C. de bis qua pars, nom.* Veluti quia hanc domum propriis manibus construxi: quia majorum meorum fuit: vel ea à Principe mihi donata est; Tacitè subintelligitur in prodigo, homine minus industrio, *l. 71. ff. de cond. & demonst.* quia in talibus personis dilapidationis suspicio timetur *l. 12 §. 4. de usu & hab. l. 13. C. de testam. mil.* Sic etiam tacitè inest, quando res sua natura non potest alienari *l. 21. C. de SS. Ecclesiis.* Et hæc tenus dicta ad majoratus quoq; non incommode trahi posse puto. *(d)* 1. per legem *32. §. fin. de leg. 2. ubi expressè dicitur:* In fideic. fam. eos admittendos, qui nominati sunt, aut post omnes eos extinctos, hos qui primo gradu procreati. 2. per *l. 54 ff. de leg. falc.* Ubi pater filium proximiorum gradu heredem instituit, ejuſq; fideicommittit, ne fundum extra familiam alienet, sed eundem nepotibus relinquat. Cui 3. ad stipulatur communis succedendi ordo, qui efflagitat, ut proximus semper remotiori præferatur *§. 1. in fin. 7. de leg. agn. success. & §. 5. 7. eod.* Is igitur pariter in hisce fideicommissorum speciebus servandus, quippe cum his quoq; modis æquè universa bona & integræ hereditates deferantur. *infra thes. 12. lit. 6.* Quibus 4. accedit *l. 69. §. 3. ff. de leg. 2. ubi omnes de familia ad fideic. petitionem admittuntur, & si non sunt ejusdem gradus, ita res temperari debet;* ut proximus quisq; primo loco videatur invitatus. Et de hac proximitate indagandum h. l. venit: an scilicet ea respectu institutoris majoratum taleq; fideic. relinquentis, an verò ultimi possessoris ac fideicommissarii ratione considerata? quorum posterius arridet. 1. Quia quoties fideic. fam. seu majoratus agnationi alicui deferrur, is ordo ex præsumta testatoris mente servandus est, quem lex præscribit, nisi tamen disponens expressè alium ordinem constituerit. *l. fin. C. d. V. S. d. l. 32. §. fin. d. leg. 2.* At lex in successione intestati proximiorum respectu ultimi morientis semper præfert *§. 1. 5. & 7. 1. de leg. agn. suc. l. 2. §. 1. de sui & legit. l. 29. §. 1. & seqq. ff. de lib. & posth.* E. hunc legis ordinem testatorem evertere voluisse, aut odiosè, non est verisimile, Comprobat 2. expressè *d. l. 32 §. fin. ibi:* & qui ex his, proximo gradu procreati sunt, Ergo si hi, post

PRO

proximiores succedunt, qui ab ipsis possessoribus horum fideic. procreati sunt, sequitur quod proximitas non respectu primi testantis, sed ultimi possessoris consideretur, cui 3. confentaneum est, quod per unius admissionem, testator censeatur, omnem illius posteritatem cæteris de familia prætulisse, ob eandem scilicet affectionis & dilectionis rationem l. 16. & l. 30. cum siml. C. de Fideicom. ac 4. ulterius confirmat d. l. 69 §. 3. Ubi si non sunt pari gradu succedentes, proximus quisque, respectu possidentis semper primo loco videtur invitatus, facit §. c. 1. 2. f. 50. Ubi quando feudum proximioribus deferretur, ad omnes illos pertinet, qui ex illa linea sunt, ex qua defunctus & sic ultimus possessor fuit, ac confert 6. ratio hæc, quod ex successione ultimi possessoris censeatur res fideic. subiecta ejusdem effecta, & ab eodem juxta communem successionis ordinem ad alios sibi proximiores translata, quibus 7. accedit, quod in antiquissimis fideic. fam. ubi vel mille annorum circuli sunt revolvendi, vix possibile sit scire, quis testatori sit proximus, lg. ad vitandam hanc inconvenientiam melius & consultius est ab ipso possessoris ultimo proximitatem derivare. Ad quem autem usque gradum proximitas hæc sese extendat, & an quartum etiam gradum excedat, miræ cõcertationis quaestio est? In infinitum eam extendendam puto. 1. Quia sola voluntas testatoris in fideicom. spectanda l. pen. de leg. 1. l. 7. in fin. de suppel. leg. d. l. 16. C. de Fideic. At hæc in fideicom. fam. talis est, ut bona perpetuo & in infinitum penes familiam remaneant d. l. 32. §. fin. d. l. 69. §. 3. ibi: omnes fideicom. petent, qui in familia sunt, & l. 78. §. 3. d. leg. 2. ubi finita demum familia, potestas in exterum alienandi, concessa est, E. ea in infinitum extendenda. 2. quia propria natura & forma horum fideicom. hæc est: ut sint perpetua & extra familiam inalienabilia, hæc ib. lit. seq. at v. quod perpetuum esse debet, non ad quartum duntaxat gradum sed in infinitum est prorogandum: accedit 3. quod valde durum & inhumanum foret, imò contra expressam & indubitam testantis voluntatem ejusmodi fideicom. ad quartum gradum adstringere velle, quod tamen testator studio conservandæ familiæ in infinitum usque servare voluit, maxime 4. cum fami-

liæ nomen, non quartum tantum gradum, sed etiam ult. rior/
res complectatur. *d. l. fin. de lenis l. 195. §. 1. & 2. ff. de V. s. & alio*
tex. supra. relatis. (e) 1. Per d. l. 114, §. 14. de leg. 1. & l. 38. §. 3. 4.
& seqq. ff. d. leg. 3. & ad. l. lit. preced. adductis. 2. Quia testat
or prohibendo, ne bona de nomine suo exeant, nihil magis
in votis habet, quam ut unita ea, & in alienabilia, in familia
conseruentur. l. 78. §. 3. 27. ibi: eos enim ad fideicom. videtur
invitasse & c. & l. 75. §. d. leg. 2. ibi: quia finita est causa prohi
bitæ alienationis, res alienari in extraneum poterit, facit 3.
splendor & dignitas, quæ familiae inde accrescit. Publicè n.
interest, ordinum dignitatem familiarumq; salvam esse l. 1. §.
14. ff. d. Venr. Inspec. (f) 1. per. d. l. 32 §. fin. ubi primò ad peti
tionem fideic. admittuntur, qui nominati sunt, deinde post
hos extinctos, ij, qui ex nomine defuncti fuerunt, temporè
quo testator moreretur ac tandem hi, qui ex his proximo gra
du procreati sunt. 2. per d. l. 69 §. 3. ibi: omnes de familia fideic.
petent, si tamen ejusdem gradus non sunt, proximior videtur
invitatus 3. per text. l. fin. C. de V. s. ubi si nulla specialis adje
ctio à testatore in personarum vocatione facta est, gradatim
proximiores admittuntur. vid. h. eb. lit. d. notata. (g) 1. Quia
& hic donationis quædam spes est, ex mero liberalitatis be
neficio nullo jure cogente promanans. arg. l. 67 §. 1. de leg. 2. l.
1. l. 25. & 29. ff. d. donat. l. 82. cum sim. de R. l. 2. Quia quemadmo
duum titulo fideicommissi tam universa bona quam portio
quædam particulatis sive in testamento sive per modum con
tractus relinquitur; infra eb. 6. lit. a. sic quoq; per majoratum
tam universitas rerum, eaq; sive unius generis sive diversi quâ
certæ res particulares pariter vel ex testamento vel per con
tractu transferri solent. arg. l. 70. d. usufr. l. 30. pr. in fin. pr.
de Usu cap. l. 2. & 3. C. de don. submod. l. 50. d. leg. 2. l. 1. C. de
don. mort. causa arg. l. fin. & l. 15. C. d. pact. vid. infr. d. eb. lit. a.
(h) Quia plura quæ obtinent in fideicom. puris & simplicib9
huc non possunt trahi. Nam 1. hic nulla fit restitutio fideic.
de manu in manu l. 15. C. de fideic. l. 10. ff. d. Iur. Codicil. l. 2.
ff. ad Trebel. l. 1. Quor. legat. sed sufficit prima instituentis ver
balis restitutio. l. 63. & l. 37. ff. ad Trebel. cujus postmodum vi
& virtute, quilibet major natu mortuo prædecell. re ad suc
cel.

cessionem vocatur; quasi tunc purificetur conditio diesq; ve-
nerit, ubi ipso jure majoratus deferatur. *l. 26. pr. ff. d. Usufr.*
leg. l. fin. C. d. leg. l. 60 ff. d. furr. l. 80 ff. d. leg. 1. l. 3. C. d. don.
submod. Similiter hęc fideic. applicari nequeunt, quę 2. de
coactione, 3. herede adire nolente, 4. de falcidię & Trebel-
lianicę detractione, 5. fructuum perceptione & imputa-
tione aliisq; similibus in materia fideic. constituta sunt. (i)
Utraq; hęc qualitas perpetuitatis scil. & ut in familiis bona
perseverent communis est, tam fideic. fam. quàm majorati-
bus Utroque n. hoc modo à disponente bona ea lege conce-
duntur, ut ea perpetua, unita & indivisa in familiis perdurēt,
universaq; agnationi bono cedant *d. l. 32. § fin. d. l. 69. § 3. l. fin.*
C. d. V. S. Quippe cum familiarum dignitates adeoq; bonum
publ. hac ratione promoveatur *l. 13. § 1. C. d. Ventr. Inspec.* Atq;
hęc non tantum in propria verum etiam aliena familia obti-
nent. 1. Quia eadem testatoris affectio & familię dilectio hic
militat, qua dignitatem ejusdem, bonorumq; conservationem
satagit. *Bart. in l. cognatio n. 5. ff. d. Reb. dub. Salic. in l. quoties*
ab omnibus C. d. fidei. n. 3. Alciat. in l. pronuntiatio § familia in-
verb. agnationis in fin. ff. de V. S. (k) Hęc n. natura est majora-
tuum, ut præcisè in iis unus duntaxat succedat, & quidem na-
tu major proximus, ex ipso genuino verbi significato, adeoq;
in hoc à fideic. fam. differt, quod in iis omnes eodem gradu
proximiores de familiā admittantur. *d. l. 32. § fin. d. l. 69 § 3.*
Et alia ll. supr. allat. Atq; hinc colligere licet, naturę major-
ratus nihil magis repugnare quam duorum simul & semel fas-
cām successionem: Etenim cum majoratus sit indivisus ma-
joremq; in familia duntaxat respiciat; utiq; uno eodemq; e-
tempore apud plures existere nequit Facit quod ex bonorum
divisione perpetuitas successionisq; unitas destruat. (l)
vid. supr. l. f. Et ibi allag. ll. Facit deinde ratio, quod verbum
majoratus sit collectivum, ac pluralitatem personarum qui-
dem implicet, sed ex genuino verbi significato, eas simul &
semel non admittat, sed observata ætatis proximitatisque
prærogativa. *d. l. fin. C. d. V. S. d. l. 195. § 1. Et 2. ff. eod.* Hoc lo-
co amplissimus sese offerret campus dicendi de vocatione plu-
riam copulativa, alternativa seu disjunctiva, item ut unus sit
null

mul cum alio succedat aliisque disponendi modis conditioni-
busq; adjectis, an nimirum ita vocati simul an v. ordine suc-
cessivo sint admittendi? Sed quoniam de his aliis quoque in
materia success. tractari solet, nec non alias hæc res futilissima,
lg. brevitatis studio relinquo.

V.

*Definitionem explicatam excipit divisio:
quia verò tam in majoratibus, quam fideic. fam.
eadem occurrunt membra dividenda, ea conjun-
ctim perstringere conabor. Est autem Majora-
tus seu fideic. fam. 1. aliud expressum (a) aliud
tacitum seu conjecturatum (b) 2. aliud reale,
(c) aliud personale (d) 3. & vicissim aliud sim-
plex & absolutum (e) aliud verò conditionatum
& in casum alienationis seu contrafactionis con-
ceptum (f) 4. Item aliud revocabile (g) aliud
irrevocabile (h) atq; iterum 5. aliud proprium
(i) aliud improprium (k) ac tandem 6. aliud con-
ventionale (l) aliud v. ex ultima voluntate con-
stitutum (m).*

(a) Hoc est quando expressis & dispositivis verbis ad-
jectaq; causa testator voluntatem suam exponit de personis ad
majoratum seu fid. hoc admittendis repellendisve; nec non
quibus alienatio interdicta sit aut permilla. l. 69. § 3. d. leg.
2. l. 38. § 2. & 3. d. leg. 3. Ubi certæ personæ, quibus alienatio
interdicta, exprimuntur. Effectus. in eo est: ut si quid con-
tra expressam prohibitionem fiat id nullum sit. l. 77. § 27. d.
leg. 2. l. 114. § 14. & 15. d. leg. 1. l. pen. § 15. ibi: Si æ. aliquis præ-
ter hæc fecerit, erit quod obligatur inutile atq; ir. itū, de leg 2
(b) Tacitum est, quando expressa disponentis quidem verba
deficiunt, at quæ ejus mens fuerit, ex substitutio

ultra

missaria tacita vel aliunde rationibus & conjecturis facile colligere licet. *l. fin. §. 3. C. Comm. de leg.* Et talis conjectura est; quando disponens bona in familia conservanda præcipit, ne de nomine suo exeant, item cum alienationem extra eandem fam. inhihet, nec non quando vult, ut in iis servato ordine in infinitum succedatur Et de his ultimarum voluntatum conjecturis & effectibus pluribus agit *Jason ad d. l. 11 45. 14. d. leg. 1. Perr. Antou. de petra Trad. de Fideic. quæst. 3. & 4. Ludov. Mol. lib. 1. Hist. primog. c. 3. Bologn. ad d. l. 14. §. 14 per totum. (c)* Reale est quando citra commemorationem certarum personarum ipsis bonis talis conditio vel modus adjicitur, quo ea perpetuo in familia conservari præcipiuntur. *d. l. pen. §. 15. d. leg. 2. d. l. 38. §. 2. 3. & seq. d. leg. 3. l. 78 §. 3. d. leg. 2. Et factus in eo: quia hoc modo onus reale bonis impositum, quod ad quascunq; simul pertransit personas. arg. l. 67. ff. d. contrab. emt. l. 12. §. 2. fam. hortic. l. 23. §. 2. de Servist. rustic. l. 120. d. R. I. adeoq; fortius & efficacius tale est fideicom. cum semper sequentem in gradu admittat. *d. l. 69 §. 3. d. l. 32. §. fin. d. leg. 2. cum simit (d)* Hoc est, quando verba & dispositio relinquentis fideic. ad certas & speciatim nominatas personas, quas non egreditur, restricta est. *d. l. 78. §. 3. ff. d. leg. 2. d. l. 14. §. 15 l. 54. ad leg. Falcid. Nov. 159. pr. c. 1. & simit.* Nisi tamen testator e. jusmodi causam & rationem annectat, quæ vi & natura sua reale fideic. inducat, ceu sunt: prohibitio de non alienando indefinita, familiæ & nominis sui conservatio, bonorum perpetuitas &c. *Jalon. ind. §. 14. l. 114. n. 146. 152. Ant. d. Perr. d. tract. quæst. 2. n. 13. & seqq. Atq; hinc in dubio, tale fideicom. reale præsumitur. Ant. petr. d. l. n. 12 & DD. ibi all.* Et huc etiam potest referri majoratus & fideic. illud, in quo ex electione succeditur, quod personale ideò videtur, quia certam personam electam concernit eamq; non transgreditur. *l. 67. pr. §. 1. 2. 5. & 6. ff. d. leg. 2.* Ubi simul in disquisitionem vocari potest an eligens electum possit gravare? quod negandum existimo. 1. Quia successio fideic. non ab ipso eligente, sed primo majoratus seu fid. institutore capitur. Nam is dare censetur qui alteri commisit. *d. l. 97. pr. & §. 1. ibi: non n. facultas necessariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium est: & §. 5.**

C

ubi

ubi is, cui electio concessa, gravato gravamē aliquid injūgere nequit. 2. Per l. 9. C. d. Fideic. ubi regula proponitur, neminem sc. cum gravare posse, quem non honoraverit. Ac licet 3. eligens quo ad actum eligendi & quatenus hunc potius alii præferat, honorem electo facere videatur: is tamen honori o. ejus naturæ qualitatis & effectus est, ut propterea electū gravare queat, siquidem cum ex præcepto defuncti & necessitate eligendi officii sc. ratione eligat, actum hunc gratis expedire remq; integram & illibatam conferre tenetur. l. 1. § 16. ibi: *si heres præceptorum ff. ad Trebel. & d. l. 67. § 1. ibi: quid est n. quod de suo videatur reliquisse, qui quod relinquit, omnimodō reddere debuit? Similiter hic aliæ quoq; quæstiones inferi possent, videl. de electionis varietate, an sc. eligēs in eligendo variare possit? item an ea facultas sit cessibilis? &c. verum, quoniam de his apud authores passim tractatio occurrit, eaqueu aliena hic missa facio. (e) Hoc tunc inducitur, quando fundator majoratus aut fideicommittens principaliter & verbis dispositivis causam prohibitionis continentibus ordinat, ut bona sua in familia permaneant, atq; sic per modum causæ finalis & rationis verba perpetuitatem denotantia exprimitur. d. l. 114. § 15. d. l. 69. § 3. Gl. 77. § 27. Gl. 78 § 3. d. leg. 2. Petr. d. tr. quæst. 5. n. 23. & seq. Job del Castil Quotid. Controvers. s. 22. n. 79. Nam verba hæc: perpetuū semper, omni tempore per universum tempus, in infinitum & similia favorem generis aut familiæ continentia per modum rationis disponendi expressa, fideic. absolutum important. ad jam ll. & l. pen. § 15 ff. de leg. 2. l. 38. pr. § 1. 2. & 4. ff. de leg. 3. Petr. d. l. n. 12. (f) Conditionatum illud dicitur, quando verbis enunciativis bona in familia permanere præcipiuntur, adeoq; alienationis prohibitio, ad certas duntaxat personas casusq; restricta est. Exempl. habetur in d. l. 38. § 3. ubi his verbis enunciativis fideic. conditionatum constituitur: ita enim fiet ut fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat & d. l. 67 § 5. ius in verbis: peto non fundus de familia exeat. Anton de Petr. d. tr. e. 5. n. 48. cui suffragatur, quod verba enunciativa nihil disponant. l. 26 § fin. depositi cum simil. Ac de effectu horum fideic. aliisq; multis & divetissimis casibus, quibus fideicom. absolutum vel conditionatum*

tionatum inducatur. *vid Jofon. add. l. 114. § 14. & Bolognet ib.*
Ani petr. d. tr. quest. 5. § 7. (g) Revocabile est, quod ultima ali-
qua voluntate, vel per alios actus inter vivos in vim tamen su-
premi iudicii ita constituitur, ut ad mortem usq; revocari pos-
sit. *l. 4. d. Adm. leg. l. 12. ibi:* quando fideicommissi partibus
funguntur *C. ad leg. Falc. l. 20. § 3. ibi:* sed potius supremi ju-
dicii divisionem ff. *Fam. Erisc. l. fin. ibi:* nisi ipse forte *Et C. d.*
pañ. l. 22. ibi: nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut à prior-
re recedere ei non liceat. *d. leg. 3. (b)* Hoc verò est, quod per
viam conventionis contractus, vel donationis, aliisq; actibus
inter vivos, in quibus in præjudicium alterius pœnitere non
licet, constituitur. *arg. l. 10. § fin. d. bon. poss. contr. tab. c. 1. § 2.*
in fin. 2. f. 8. l. 4. C. de don. sub modo l. 9. 22. & 25. de donat. In
his enim neuter ex contrahentibus potest legem contractui
vel donationi oppositam in alterius præjudicium, cui exinde
jam dum jus quaesitum est, immutare, *ad l. l. 12. § 2. & l. 106.*
ff. d. Solut. l. 10. C. d. pañ. l. 178. d. R. l. (i) Proprium fideic.
aut majoratus propriè dictus quid sit, apparet *ex definitione supr.*
l. b. 4. imdita. (k) Hoc autem est, quando contra naturam &
substantiam quædam in fideic. mutantur, ita ut vel non om-
nes de familia admittantur: vel ordo luccessivus non obser-
vetur: vel si non in perpetuū sed ad certam tantū generatio-
nem duret; Item in quibus non una familia sed ex diversis
fam. plures personæ vocatæ *l. 38. § 2. & 3. d. leg. 3. l. 78. § 3. de*
leg. 2. l. 54. ad l. Falc. arg. c. 1. § 1. & 2. f. 2. & 2. feud. 58. ar-
gumento scil. à feudis ducto, quæ pariter quædam propria,
quædam v. impropria dicuntur. *(l)* Hoc est quod aliquo actu
inter vivos & per modum contractus constituitur. *l. 2. & 3. C.*
de don. sub mod. l. 50. d. leg. 2. l. 1. C. de donat. mar. causat. 61. f.
V. O. l. 15. 17. & l. 19. C. d. pañ. l. 10. eod. Ratio est. nā quæadmodum
testando rebus suis legem quis dicere potest, quam vult *c. di-*
spnat. Nov. 22. l. 120. d. V. s. sic & contrahendo d. l. 10. C. d.
pañ. & l. 1. C. d. pañ. conv. ut. l. ult. d. rev. permut. l. unic. in fin.
C. d. Rei Ux. aff. facit, quod cuiq; rerum suarum libera con-
cessa sit administratio l. 21. C. Mand. l. 1. ff. Si à parent: quis ma-
num fuer. ite. n. quod ab ultimis voluntatibus ad contractus
valeat argumentatio l. 46. d. leg. 1. Ideoque ad similitudinem

fideicommissorum in contractibus quoq; gradus & successio-
nes de uno ad alium quis subordinare, non prohibetur. *d. l.*
50. d. leg. 2. pr. l. d. sing. reb. per fideic. (m) Hujusmodi sunt o-
mnia fam. fideic. quæ per quameunq; ultimam voluntatem
relinquuntur. *text. pass. alleg.*

V 1.

*Causa efficiens majoratum ac fideicom-
missi est voluntas Institutoris vel fideicommissentis
eag; expressa (a) vel tacita & conjecturata (b)
nec non aperta legum Dispositio (c) hæc testan-
tium voluntates approbans & confirmans.*

(a) *Per d. l. 32. §. fin. l. 69. §. 3. l. 67. pr. & §. 5. & l. 37. §. 23.
d. leg. 2. & alibi pass. Rat.* Nam causa efficiens ea est, quæ rem
producit & in actu constituit: at ea h. l. principaliter est vol-
untas testantis dd. II quippe qua cessante, omnis quoque &
majoratum & fideicommissorum constitutio cessat. Con-
sistit autem hæc voluntas vel in præceptione, ut sc. bona in
familia remaneant, utq; in infinitum ordine successivo dese-
rantur &c. vel prohibitione, ne sc. extra fam. alienentur, ne-
ve ad extraneum deveniant, aliisq; præcipiendi & prohiben-
di formulis modis & casibus, iisq; vel expressis vel tacitis infi-
nitis & innumerabilibus, de quibus fufissime videri possint. *La-
son. ad l. 114. §. 14. d. leg. 1. & Bologn. ibid. Anton. de Petra d. r. c.
2. 3. 4. 5. & 9. & periot. ferè immo:* Tales modi principales ac
generales sunt, quibus majoratus institui fideicommissaque
relinqui solent: Institutio, donatio modalis vel conditiona-
lis, substitutio, divisio, codicilli, legatum, prælegatum, con-
ventio & contractus. *l. fin. C. d. Pact. l. Fin. C. Fam. Excise. l.
20. §. 3. ff. eod. l. 11. C. d. donat. l. fin. §. penult. C. Comm. de leg. &
simil. (b) per d. l. fin. §. antepen. l. 67. §. 9. d. leg. 2.* Ratio in ve-
rosimili testatoris voluntate consistit, quæ tam in contracti-
bus, quam ultimis voluntatibus præsertim in fideic. semper
inspicienda. *l. fin. C. d. fideic. l. fin. C. qua res pign. obl. Mens e-
nim & voluntas regit & gubernat dispositiones hominum,*

cui

cui verba eeu signa & notæ rerum inserviunt. *l. pen. de leg. 1. l. 10. C. d. Fideic. l. 19. de Cond. & demonst. l. 16. & 30. C. d. Fideic.* Hinc ex præsumta & conjectura mente, fideic. inducitur *d. l. 67 § 9. ibi:* Si omiſſa fideicommiſſi verba sunt, & cætera quæ leguntur, cum his quæ scribi debuerant, congruant: rectè datum & minus scriptum intelligitur. *& S. fm. ibid. l. 69 d. leg. 3.* Sic quando testator constituit, ut bona sua de majore, in majorem, de herede in heredem: de masculo in masculum gradatum & successivè transire debeant, ex his & similibus formulis, eum majoratum vel fideic. relinquere voluisse colligitur: Similiter si usus sit verbis, perpetuitatem aliquam denotantibus veluti sunt, semper, perpetuò, in infinitum, per universum tempus, &c. idem dicendum est. *vid. h. præced. lit. e.*

An verò melius utiliusve sit per modum contractus: an verò ^{Q.} ultimæ, voluntatis ejusmodi ordinationes & majoratus instituire, dubitationis est? Pro ultimis voluntatibus militat. 1. Quia testantium dispositiones firmiores plerunq; sunt durabilioresque ac vim legis habent *Nov. 22. c. 2. l. 102. d. V. s. ubi è contra conventiones contrahentium facilè dissolvi revocari que possunt. l. 35. d. R. l. l. 100. & 153. ff. eod.* 2. Quia ultimæ voluntates, longè sunt favorabiliores & benignius latiusq; interpretantur. *l. 12. d. R. l. l. 8. C. d. Fideic. l. 5. ff. Test. quemad. aper.* Hinc etiam 3. Alienatio contra testatoris prohibitionem facta vana & irrita est. *l. pen. § 15. d. leg. 2. l. 77. § 27. d. leg. 2. l. 114 § 14. & 15. d. leg. 1. (c)* Quia lex semper justas disponentium voluntates, easq; tam tacitas quam expressas firmat & tueretur. *d. l. 16 & 20. C. d. Fideic. l. 102 ff. d. Cond. & dem. l. 6. § 1. C. d. Inst. & subst.* At verè tales dispositiones, quibus bona alienari vetantur, inq; familiis conservari præcipiuntur, justæ sunt & legitimæ *text. ib. lit. all.* quippe cum bonum publ. etiam respiciant & simul coadjuvent *l. 1. § 14. ff. de Ventr. Insti.* merito ig. à jure approbatæ confirmatæq;

V I I.

Causa finalis prædictorum jurium est memoria & familia (a) bonorumq; (b) in eadem perpetua conservatio.

(4) Atq; hanc causam finalem ex *text. sapius citatis* confirmare non ita difficile est. Cui ad stipulatur *l. 20. ff. d. V. S. ibi*: Etenim idcirco filios filialq; concipimus atq; edimus, ut ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum resignamus. Accedit insuper Reipubl. utilitas, cui sane interest, ordinum dignitatem familiarumq; salvam esse. *d. l. 1. § 13. ff. d. Vener. Inspec. c. 1. § 1. vers. prater ea ducatus & c.*

¶ 2. f. 5. An verò ejusmodi majoratum institutiones & fideicompositiones odiosæ, an potius favorabiles censendæ, hujus loci est indagare? posterius amplector 1. Quia hujusmodi dispositiones ad bonum publ. tendunt & principaliter ad familiarum conservationem perpetuitatemq; diriguntur *d. l. 1. § 13. d. l. 195. § 2. & l. fin. C. d. V. S.* 2. Quia hæc ordinationes nullius præjudicium & injuriam vergunt, cæteris nempe hæberis legitima ac alimentis naturâ debitis relictis, nihilq; de quo conquerantur, habeantibus; utique igitur favore potius, quam odio dignæ: secus v. si legitimarum alimentorumque diminutionem ex continerent. Suffragatur 3. quod ea dispositio, quæ principaliter ex disponentis intentione favorem concernit, ex accidenti v. in alterius præjudicium tendit, favorabilis sit censenda. *l. 40. ibiq; comm DD. ff. d. Cond. indeb. l. 4. ff. si cert. per. l. 6. ff. de leg. Rodia d. Iactu.* Sic Macedoniarum odiosum reputatur, quia in odium creditorum ac fœneratorum emanavit. Vellejanum a. favorabile, quia in favorem fœminarum proditum *dd. l. 11. & d. l. 40. ff. Si cert. per. l. 38. ff. d. contrab. Empt.* Accedit 4. quod odium, quando ex necessaria consequentia id provenit, non consideretur *l. 44. § fin. ff. d. Excus. tut.* quippe cum non facile dari possit favor unius, qui non secum ex incidenti & inseparabili consequentia trahat odium alterius. Et idè etiam statuta fœminas propter masculos excludentia, omninò favorabilia judicanda. Nam cum statuentium finis præcipuus sit agnationis conservatio; nihilominus tamen, licet in odium fœminarum incidenter, convertantur, favorabilia ea statuenda, considerata scilicet principali statuentium intentione. *DD. ad d. l. 40. ff. d. Cond. indeb.* Confert tandem *§ 1. l. d. hered. Fid.* ubi causus fideicom. favor factus dicitur, ut etiam proprius præter fideicom.

commissarius crearetur. l. 2. § 32 d. Orig. Jur. (b) Quia deficientibus opibus & divitiis minuitur quodammodo & vilescit familiarum splendor & dignitas l. 2. C. quando & quibus quart. pars lib. 19. Unde Juvenalis,

*Haut facile emergunt quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.* — — — —

Et Horat. lib. 2. satyr. 2.

Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est.

Hinc etiam fit, quod facta bonorum divisione, eorumque ad extraneos translatione dignitas familiarum memoriaque ejusdem ac universa patrimonia destruantur attenuentur & ad nihilum reducantur. arg. c. 8. d. prabend. & dign. & c. 5. d. pign. & c. ult. d. Concess. prabend. l. 2. ff. d. Exerc. ad. Quod maxime in majoratibus verum, ubi penes unum solum bona permanere debent, ut pote cum teste philosopho, virtus unita fortior sit. seipsa dispersa, ac praeterea omnis pluralitas ad destructionem subiecti, e contra verò unitas ad conservationem ejusdem ordinata sit. Haec enim ejusmodi est, ut ex ea omnia fieri, omniaque iterum in eam resolvi veteres sapientes putaverint.

VIII.

Cognita causa efficiente & finali non abs re erit pro meliori pleniorque intellectu causam formalem sequentibus includere regulis. 1. Reg. Majoratus seu fideic. fam. ita instituendum, ne legitime liberorum (a) aliquid decedat; neve onus vel gravamen aliquod eidem apponatur (b) 2. Majoratus seu fideic. fam. sua natura perpetuum est. (c) 3. Majoratus proprie individuus est (d) Fideic. fam. inter plures de familia proximiores dividi potest. (e) 4. Majoratus ut & fideic. fam. inalienabile est. (f) Nec 5. successio.
ab

ab intestato aliquem in iisdem sibi vindicat locum (g).

(a) 1. Quia legitima liberis jure naturali debetur l. 7. ff. d. bon. damnat. ad quam naturæ simul & communi patrum voto invitantur l. 7. unde libr. l. 50. §. 2. in fin. ff. d. bon. lib. l. 13. §. 2. C. d. legit: hered. l. fin. C. Quor. bonor. Quod. 2. juri quoq; divino congruit ad Galat. 3. vers. ult. & Gal. cap. 4. vers. 7. Atque hinc 3. vivente adhuc etiam patre rerum hæreditariarum quodammodo domini existimantur, § 5. 2. 7. d. her. qual. & diff. l. 11. ff. de libr. & posth. atq; ideo in ipsorum præjudicium legitima nullo facto alieno eis eripi potest. Facit 3. l. 6. C. ad Trebell. ubi omnibus modis liberis primi gradus, autoritate Scti Trebelliani ea retinenda, iisq; salva & illæsa relinquenda. Ex quibus nunc facile ad alimnta dotem & similia inferendum, Pariter n. & hæc jure naturali debentur eodemq; jure censentur. pr. J. d. J. N. G. & C. l. 1. §. 3. ff. d. l. & l. cum simil. Ig. eodem quoq; modo ea competenter semperque assignanda. Infr. b. 18. lit. b. c. d. (b) per l. 29. & seq. & l. 32. C. d. Inoff. test. ubi si vel conditio, vel dilatio vel alia dispositio moram vel quodcunq; onus introducens, legitima sit adjecta, ea tollenda, ac ita res procedere debet, quasi nihil eorum testamento additum esset &c. (c) Per. d. l. 32. §. fin. l. 69. §. 2. d. leg. 2. l. fin. C. de V. S. & U. supr. b. 4. lit. e. & i. adduct. Ex quibus luculenter apparet, quod deficientibus vocatis, fideic. ideo non expiret, sed quod omnibus in familia proximioribus, donec aliquis super sit, id ordine successivo deferatur. Etenim cum 2. hæc ordinationes familiæ conservationem respiciant: & verò supra dictum, nomen familiæ collectivum esse, ac proinde sua natura tractum temporis, perpetuitatem, pluralitatemq; personarum implicare. b. 4. supr. lit. a. Consequens igitur est, ut non temporales, sed perpetuæ censeantur. Accedit 3. quod fideicom. tale relinquens, simulq; alienationem interdicens, censeatur fecisse omnes subrogationes, ad ipsam perpetuitatem inducendam necessarias. arg. l. 2. ff. d. lurisd. l. 33. ff. d. servit. urb. adeo ut 4. ex unico etiam verbo pluralitas substitutionis deducatur, l. 41. §. 4. d. Vulg. & pupil. subst. Confirmat

5. l.

5. l. 67. ff. d. contrab. empt. l. 12. § 2. ff. Fam. Ercisc. & siml. ubi
quando res gravata est, onusq; eam in rem scriptum, tunc il-
lud ita rem illam afficit, ut ad omnes perduret successores. (d)
1. Quia successioni quæ sit jure majoratus, omnis divisio &
disjunctio adversatur. Nam cum natura unus duntaxat sit
primogenitus: unicus quoq; ac individuus in hoc uno indi-
viduo majoratus. *Timq; in d. primog. quest. 42 n. 2. & 3.*
Vasq; d. Success. Creat. lib. 3. § 16 n. 91. & 92. 2. Quia finis Ma-
joratus est dignitas familiæ honorumq; in eadem conservatio
at hæc maximè eò adjuvatur, si patrimonii unita & indivisa
conservantur, quæ aliàs divisione & disjunctione diminue-
rentur destruerenturq; c. 8. d. prabend. & dign. & c. ult. d. con-
cess. prabend. vid. thes. preced. lit. b. (e) per sapius d. l. 32. § fin. &
l. 69 § 3. & sim. quia ibi ad petitionem ejusmodi fideicom-
m. non unus aliquis, sed plures eodem gradu ordine successivo
admittuntur: omnes enim petent qui in familia sunt, ita ta-
men ut proximiores præferantur. Cui 2. ad stipulatur, quod
verbo familiæ nulla divisio repugnet, nam cum id ex gener-
nominum collectivorum sit, pluralitatemq; interat, nihil pro-
hibet, quin plures eodem tempore ad ejusmodi successionem
aspirare possint. *supr. ib. 4. lit. a. (f) per l. 38 pr. & § 4. d. leg. 2.*
ubi prohibitio alienationis facta à testatore, omnem actum
alienandi excludit. 2. *per l. pen. § 15. l. 77. § 27. d. leg. 2.* ubi per
inde præceptum testatoris, ut bona in familia remaneant om-
nem respuit alienationem, quod 3. pariter ex aliis quoque
text. evidenter ostenditur videt. d. l. 32. § fin. l. 69 § 3. d. leg. 2.
l. fin. C. d. V. s. & l. 191. § 2 ff. eod. Ratio 4. est, quia mens & in-
tentio disponentium hæc est: ut nomina sua, proprias fami-
lias, divitiisq; æternas efficiant, et his, quibus alienationis mo-
dus adversatur, equidem 5. si hæc bona ex natura horum jus-
rium, vel ad omnes natu. majores pervenire debent, vel ad
proximiores in familia, utiq; hoc ipso omnis alienatio inter-
dicta. *Id. l. & l. fin. § 3. tam de leg. Accedit 6. quod per mayo-
ratus uti & fideic. constitutionem, omnibus primogenitis cæ-
terisq; in familia proximioribus, jus à primo constitutore sit
quæ situm, ig. à prædecessoribus eorum, in præjudicium ipso-
rum eis interverti vel auferri nequit. l. 7. C. Locati. l. 13. § 11. ff.*
D eod.

- Q. eod. § l. fin. C. d. pati.* Sed quid si majoratus seu talis fideicom-
 possessor ea bona alienaverit atq; sic prohibitioni contrave-
 nerit? Alienationem nullam ac proximioribus tunc de fami-
 lia revocationem concedendam, existimo. *3. per l. fin. § pen. C.*
Comm. d. leg. ubi fideicommissario concessa licentia rem vine-
dicare, & sibi assignare nullo obstaculo à detentatoribus ei
opponendo, Rat. 2. est, quia hoc casu per alienationem factâ,
conditio impletur, sub qua proximus sequens ad successione
invitatus, ig. ab initio causa in irritum devocatur ac perinde
habetur quasi alienatio facta non esset. d. l. fin. § 3. conventi-
3. d. l. 77. § 27. l. 38. § 1. d. leg. 3. ubi ceterorum, quibus fideic.
fam. datum est alienantium partes, is petit qui iudicio defun-
cti paruit ac non alienavit. Eos n. ad fideicommissum vide-
tur iavuisse, qui iudicio paruerunt. facit 4. communis succe-
dendi ordo, qui efflagitat, ut remotiori proximiores semper
ante ferantur. § e. 7. & alibi passim §. d. leg. agn. success.
- Q.* Amplius verò si & hic proximior in revocatione negligens exi-
 stat, quid agendum, hoc casu proximus hic requirendus erit,
 eiq; terminus ad revocandum præfigendus, & si hunc quoq;
 is elabi patiat, iusto tunc ordine sequenti locus fiet. *l. fin. C.*
Qui admitti c. 1. § 5. vers. Titius filios 2. f. 26. quasi intra hoc tem-
poris spatium ad revocandum sibi concessum, beneficium fideic.
refutasset. 2. f. 39. c. 1. in fin. § 2. f. 14. c. anio. § e. unic. 2. f. 49.
- Q.* De eo ulterius inquirendum veniat, qui vel ipse alienavit, vel
 tamen alienationi consensit; an iterum ad revocationem sit
 admittendus nec ne? Quem repellendi m. puto. *1. per d. l. 69.*
§ 3. Quia ii saltem videntur iavitati. qui iudicio disponentis
paruerunt. l. 114. § 15. d. leg. 1. d. l. 77. § 27. E. qui alienant, jus
hoc revocandi alienando disperdunt 2. per l. 11. C. d. Fideic. ubi
à revocatione fideic. omnes ij depelluntur, qui vel ipsi ali-
enationem celebrarant, vel aliis alienantibus consenserunt.
Comprobat 3. l. 120. § 1. d. leg. 1. ibi: omnibus quibus fideicom.
relictum ad distractionem consentientibus, nullam fideicom.
petitionem super futuram. Quibus 4. ad stipulatur l. 17. de
Evis. ubi improbe is facere dicitur, qui rem à se semel distra-
ctam, iterum evincere conatur. Quo etiam pertinet disci-
tere: An re alienari prohibita semel alienata, ea perpetuo a-
 lic.

alienabilis efficiatur, & tanquam res libera postmodum distra-
hi possit? Quæ quæstio distinctionis adhibito moderamine,
explicanda. Nam aut res semel licite ex causa necessaria extra
familiam alienata fuit, ut puta ex causa dotis, alimentorum,
auti. Res qua C. Commun. leg. C. infr. ib. 18. & tunc alienatio-
nem firmam arbitrari: 1. Quia semel factum legitime retractari
non debet, licet casus postea eveniat, à qua non potuerit
inchoari c. 73. d. R. J. in 610. l. 85. S. 1. ff. eod. si sufficiat n. 2. 2. Num
ab initio fuisse legitimum l. 29. d. R. J. C. l. 210. eod. cum & a-
lias 3. tanta facti sit auctoritas, ut interdum quid prohibea-
tur fieri, factum tamen teneat l. 1. § 5 ff. quando appell. Facit
4. quod utile per inutile non debeat vitari c. 37. d. R. l. in
610. ac 5. præsumta testantis voluntas, quæ alienationem le-
galem ex causa necessaria interdixisse non censetur. l. 114. § 14.
ff. d. leg. 1. l. 38. pr. d. leg. 3. l. 22. § 4. Ad S. Trebell. Sin v. aliena-
tio ex causa voluntaria & in iure non permessa processerit, h.
casu, ea res ceu libera, alienabilis non efficitur, neq; ad alios
efficaciter transferri potest. 1. per l. fin. § 3. C. Commun. d. leg. ubi
irrita & nullius momenti talis alienatio pronunciat, nullū
ig effectum operari potest. Quin 2. proximiori datur pote-
stas eam revocandi d. l. fin. § 3. l. 39. § 3. l. 77. § 27. d. leg. 2. l. 38.
§ 5. d. leg. 3. l. fin. C. d. V. S. E. alienabilis permanere nequit.
Quod n. 3. ab initio nullum, tractu temporis non reconvale-
scit l. 29. d. R. l. c. 18. d. R. l. in 610. Et 4. cum quid prohibetur,
prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo c. 39. d. t. Quibus
accedit 5. quod non debeat in potestate gravantis esse, testa-
toris voluntatem eludere. l. 21. d. lib. leg. (g) 1. per d. l. 69. § 1.
ubi ex heres, ad quem ab intestato alias bona pervenissent,
ea retinere nequit, sed familiae restituere cogitur. 2. idem pro-
bat l. 114. § 15. d. leg. 1. ubi extraneum heredem, qualis ab in-
testo est, instituere non licet. 3. Quia ut bona in familia re-
maneant, ex mente & voluntate ipsius testantis proficiscitur,
adeoq; successioni ab intestato omnis via præclusa est. Modus
enim succedendi, qualis fuit in primis successoribus, talis et-
iam in reliquis sequentibus perdurat; priores a. ex mente ex
voluntate testantis admittuntur. d. l. 32. § fin. ubi deficienti-
bus expressè vocatis, proximiores ex eadem voluntate suc-
cessio

cessio tangit, idemq; probat l. 69. § 3. l. 77. § 27. d. legi 2. Adeoque
5. cum hæc voluntas & causa testati sit perpetua, tam diu cau-
sa intestati cessabit, donec hæc durat l. 39. d. 19. her. Quippe
6. cum tota familia, & universa agnatio nomine colectivo
ordine successivo vocata sit, ad l. 1. § 1. fin. C. d. V. S. l. 195. § 2. ff. cod.
d. l. fin. § 3. C. Com. de leg. accedit 7. quod si successio ab intestato
admitteretur eo ipso bona libera, alienabilia brevi duratura
dividuaq; esse inciperent, quod tamen iterum non tantum cõ-
tra intentionem & m̃tem testantis, sed etiam naturæ & qua-
litati majoratus & horum fideic, essentiali maximè adversam
foret. h. th. lit. c. d. & f. 1 X.

Præterea 6. in majoratibus ut & fideic. hisce
primus successor directo, cæteri verò obliquo ju-
re adipiscuntur successionem (a) Et 7. quemad-
modum in majoratibus non nisi unus & quidem
natus major proximior simul & semel ad success.
vocatur: Sic è contra ad fideicfam. plures qui-
dem, sed tamen ejusdem gradus proximiores or-
dine successivo aspirant. (b) 8. Ex fideic. alie-
nari prohibito, uti nec Trebellianica, nec falci-
dia detrahitur: sic nec de bonis majoratus obno-
xiis. (c) 9. Uterq; tam majoratus quàm fideic.
possessor ad instantiam & petitionem reliquorum
de familia, tenetur cavere de rebus fideic. sup-
positis factis testisq; ad servandis. (d) 10. In in-
stitutione Majoratus fideicommissiq; datione,
pacta leges modi & conditiones honestæ, justæ &
legitimæ; non v. turpès & illicitæ adijciendæ. (e)
11. Scriptura quoque & insinuatio quandoque
ad solennitatem facilioremq; tum majoratum,
tum

rum quoq; fideicom. probationem requiritur. (f)

(a) 3. Arg. l. 17. pr. & l. 76. pr. ff. ad *St. Trebel.* Quia is, qui primo loco succedit immediatè & ipso jure absq; alterius factò & ministerio bona fideic. subjecta nanciscitur. l. 15. & l. 7. ff. d. *Vulg. & pupil. subst. c. 1. de Test. in 6to* reliqui verò medij ante primo hoc prædecessore. Juris 2. 3. ratio efflagitat, ut is, qui semel heres directus factus nunquam desinat, ac solus hanc qualitatem retineat nec ad alios transfundat. l. 88. § *fin. ff. d. hered. Inst. l. 7. § 10. in fin. d. minor. § fin. l. d. pupit. subst. l. 8. vers. siv. post pubertatem C. d. Impub. subst.* At majoratus seu talis fidei: successor, qui post mortem prædecessoris ac existentem demum hac conditione succedit, ita hereditatem accipit, ut in ea prius alius fuerit heres institutus, adeoq; jure fideicom. successionem nanciscitur. d. c. 1. & § *fin.* Facit 4. quod paria sint, aliquem ad vitam tantùm ad successionem vocare, ita tamen ut post mortem alius accipiat: vel aliquem gravare ut post mortem suam restituat. l. 34. § *fin. d. leg. 2. l. 22. C. d. legat.* Atq; hæc iis tantùm casibus vera sunt, quando hereditas tota vel quota ejusdem per modum institutionis jure majoratus seu fideic. delata. l. 62. d. R. 7. l. 24. d. V. S. l. 31. in *fin. d. hered. Inst. l. 1. § 1 ff. Si is, qui test.* Secus si ex contractu. l. 5. C. d. *pañ. convent. l. fin. C. d. pañ.* quippe ex hoc nemo heres fit directus. l. 61. d. V. O. & *dd. jam ll.* (b) Hæc regula, ex iis quæ *supr. lb. 4. lit. d. & K.* dicta, manifesta est. (c) 1. *per Nov. 119. c. 11. & Aubr. Sed & in eare C. ad L. Falc.* ubi iis in rebus, quæ alienari extra familiam prohibitz, omnis detractio interdicta. 2. Quia ratio ob quam Trebellianica ut & Falcidia introducta hic cessat, non n. uti ob nullam vel minimum lucrum, (ob quod fideicommissarii agnoscere hereditates & legata recusabant, adeoq; ut tantò facilius & promtius adirent reliquaq; agnoscerent,) eis detractio fuit concessa: sic ea quoq; in hisce fideic. necessaria, cum ipso jure hic in seq. proximiores fideic. & majoratus transferatur *vid. infr. lb. 16. lit. 6.* Accedit 3. quod detractio ejusmodi in hisce fideic. esset contra expressam testatoris mentem. Testator n. cū bona integra & illibata velit in familia perpetuò conservari, ea admitta fieret ut bona extra fami-

liam alienarentur, dividerentur inq; extraneum devenirent. Quæ tamen omnia contra naturam horum justum esse satis demonstrat *supr. tb. 4. lit. d. & K. & thes. preced. 8. lit. c. d. & f.* Facit *4. l. 47. in fin. ad L. Falc. l. 28. & l. 16. § 8. ff. ad S&f. Trebell.* In quibus fideicom. ut & legatarii nunquam Trebellianicam aut falcidiam deducere possunt. Excipiuntur tamen liberi primi gradus, quos detrahere posse puto. *l. 6. pr. & § 1. C. Ad S&f. Trebel, vid. tb. preced. lit. a & b. (d) 1. per l. 1. cum seqq. ff. ut legat. nom. cav. l. 4. C. ut in poss. legat. d. l. 69. § 3. & 77. § 27. d. leg. 2. l. fin. C. d. leg. cum simil.* Ubi ita proximus quisq; demum admittendus est, si paratus sit cavere se familiæ restitutorum &c. Nam cum 2. ejusmodi res, quæ majoratui aut fideic. obnoxie sunt, salvæ & integræ absq; ulla deterioratione sint restituendæ *d. l. fin. C. de leg. & all. dd. ll.* hoc autem satisfactione consequi possimus, ea omninò necessaria erit. Quibus 3. suffragatur, quod proximus & sequens d. familia petere possit immissionem bonorum, nisi possessor velit satisfacere. *l. 1. & 11. ff. & C. ut in poss. legat. l. 1. & 2. ut leg. causa cav.* Quæ tamen satisfaciendi necessitas liberis primi gradus videtur remissa. *l. 6. pr. § 1. C. ad S&f. Trebel.* An verò cautio hæc fidejussoria vel pignoratitia esse debeat, dubitatur? prius affirm. *1. per l. 3. § 1. ut in poss. leg. l. 1. & 11. ff. ut legat. nom. cav. & simil.* In quibus textibus semper mentio fit verbi satisfacere: at quoties satisfactio requiritur, non pignoribus sed fidejussoribus ea expedienda *l. 1. ff. qui satisfac. cog. l. 7. d. prator. stipul. 2. per l. 14. & alibi poss. ff. d. legat. nom.* ubi stipulatio fideicommissi indistinctè requiritur, sive pure sive indiem, vel sub conditione, quid reliquum sit facit 3. quod hæc cautio in jure vocetur stipulatio *d. l. 14. l. 1. § 9. 13. 14. & seq. & passim d. t. & seq.* At fidejussio stipulatione interposita, celebrari solet. *l. 4. § ult. d. fidei: l. 3. Mand. l. 8. § 11. l. 34. 70. § 12. & 3. cum simil. ff. d. fidejuss.* Ulterius a. h. **Q.** in disquisitionem venit: an cautio hæc à testatore remitti possit & quod affirmo *1. per l. 2. C. ut in poss. leg. ibi: quocunque n. judicio voluntatis cautio fideicommissi remitti potest. 2. per l. 4. in fin. & l. 7. C. ut in poss. leg: l. 12. ff. ut leg. nom: l. 77. in fin. de Cond. & dem. Nov. 159. c. fin.* Quibus ex textibus luculentè patet, testatorem cautionem hanc prohibere posse.

Ratio

Ratio 3, ex d. l. 2. hæc colligi potest: Quia satisfationes voluntatis defunctæ gratia introductæ sunt: Ig. favori huic, ceu pro ipsis defunctis principaliter inducto, ipsi quoq; renunciare poterunt. *l. pen. cum simil. C. d. pact.* Facit 3. quod testatores rebus suis legem, quam velint dicere possint, *l. 21. Mand. Nov. 22. c. 2.* Notandum præterea, præfatam cautionem duo continere membra: 1. ut res fideicommissonerata die adveniente ad successores integra & illæsa debeat pervenire: ac deinde ut dolum malum abfuturum possessor ejusdem stipuletur. *l. 69. § 3. in fin. d. leg. 2. d. l. 1. pr. ut leg. nom. cav. & l. 1. ff. Si cui plus, quam per leg. falc. lic.* Ex quibus prius quidem cautionis membrum remitti, posterius verò nequit. 1. Quia ea remissio occasionem delinquendi præberet, doliq; futurus, quod tamen fieri nequit, remitteretur, *l. 27. § 3. ff. d. pact. l. 7. § 16. eod. l. 17. Comm. d. l. 22. d. R. 1. Nec n. 2. testator, de doli remissione, utpote, quæ contra bonos mores, cogitasse censeri debet. l. 60. § 4. Mand. l. 19. ff. Cond. Inst.* Quis verò ex iis de familia hanc cautionem petere possit, & an omnes indistinctè admittendi hic disquirendum? proximiores in gradu præferendos opinor. *l. 1. per l. 32. § fin. & l. 69. § 2. d. leg. 2.* ubi qui priores in successione, non immerito etiam tales in petenda cautione constituntur: calumniosè namq; latis petitis, quem alius antecedentibus *l. 3. d. stipul. prætor. nisi tamen & hi ex causa legitima & necessaria impediuntur. arg. l. 2. ff. Si quis caur. inud.* Sed quid si cautione præstita Majoratus seu fideicommissor bona ejusdem dilapidet ac dissipet? proximè sequentem ea tunc vindicare posse autumo. 1. *per l. 50. ff. ad Trebell.* Ubi pater dissipans fideic. cogitur filio existenti in potestate restituere etiam ante conditionis eventum. 2. *per l. 16. § 1. ff. ad Trebell.* ubi itidem pater heres institutus & restituere filio gravatus, cogitur adire & ante òrei adventum quasi videatur bona fideic. subiecta in non ad eunda hereditate dissipare, filio restituere, 3. *per l. 24. ff. solut. matr. & l. 29. C. d. Jur. dor.* Ubi maritus res dotales dissipans eas ante tempus reddere cogitur. Facit 4. quod nemo fragilitati cautionis teneatur vis casibus sese committere, quibus bona disperduntur, quin ipsa bona petere non prohibetur. *l. 60. §. 1. ibi propter fragilitatem cautionis ff. ad Sit.*

§§. Trebel. Satius namq; 5. est rem suam salvam manere, quam
tabulas cautionis habere atq; incertum illius eventum specta-
re l. 5. ff. d. suspect. rur. l. 6. ff. quod fals. cur. Atq; hæc non tan-
tùm in persona patris & filii, sed etiam cuivis extranei pro-
pter itenditatem rationis procedunt, (e) veluti sunt: aliena-
tionis prohibitio, ordo succedendi, aliaq; vincula quæ con-
servationem familiarum atq; perpetuitatem earundem re-
spiciunt. Item ut antequam possessionem rerum major. &
fideic. apprehendant, jurent se adimpleturos omnes condi-
tiones in institutione contentas arg. l. 1. § 2 ff. d. h. qua pen.
l. unc. c. eod. l. 6. l. 27. ff. d. Condit. & demonstr. l. 1 § 8. ff. ad L.
Falc. Atq; hæc leges & conditiones sive in contractibus sive
ultimis voluntatibus appositæ, servandæ sunt, contraq; faci-
eptes hac successione privandi. l. 55. § 1 44 ff. d. Cond. &
dem. & alibi passim eod. tit. l. 1. & passim et. ff. d. Cond. Inst. In-
justæ verò turpes & impossibiles non servandæ. d. l. 1 ff. d. Con-
Inst. l. 3. ff. d. Cond. & dem. l. 6. § 1. l. 20. d. Cond. Inst. § 10. d. ber.
Inst. cum similit. Nam hæc vel natura vel jure tales sunt, d. § 10. l.
59. § ff. d. ber. Inst. l. 16. § fin. d. Injust. rupt. & irrit. Et tunc, si
major. vel fideic. in testamento apponantur, pro non adjectis
habentur, d. l. 3. d. l. 16 § fin. & sim. nec testamentum vitiant
sed ipsa vitiantur l. 20. ff. d. Cond. Inst. l. 104. § 1. in fin. d. leg. 1.
d. l. 16. l. 6. d. Cond. Inst. l. 12. § 1. d. leg. 1. Sin verò per modum
contractus major. seu tale fideic. constituatur, & ejusmodi
conditiones impossibiles annectantur, contractum vitiant,
nullumque reddunt, sive is bon. fid. sit sive stricti juris l. 31. d.
Obl. & act. l. 7. d. V. O. § 11. Inst. d. Inutil. stipul. c. 6. d. R. J. in
610 l. 185. d. R. A. 135. eod. Rat. diversitatis ex conjecturata men-
te contrahentium depromitur. Nam jus præsumit contrahen-
tes scivisse conditionis impossibilitatem, eosq; cogitasse, ne-
validitatem contractus haberet. Quocirca ex eorum men-
te & præsumta voluntate, cum iis imputari possit approban-
do apponendoq; tales conditiones, siquid parum expressè,
vel etiam ambigüe positum, in eo culpa non vacant adeoque
contractus infirmatur. d. l. 31. d. O. & A. Hæc v. ratio in dispo-
sitionibus testamentariis non obtinet, ubi testator in re tam
ardua, & postquam amplius quicquam velle non potest,
non

non censetur inutile aliquod testandi genus elegisse, quippe cum secundum verba testantis duæ contrariæ voluntatis con-
jecturæ inducerentur. Una qua conditionem expectari, al-
tera qua relictum deferri velit: In dubio ig. quid sequendum?
1. Quod credible est eum cogitasse l. 2. d. *Reb. dub.* 2. ac quod
benignius l. 10. § ult. d. r. l. 12. d. R. 7. & 3. ut potius conserve-
tur, quam intercidat ultimum ipsius elogium. l. 16. *pr. ad Tre-
bell.* De aliis dubiis variisq; clausulis, quæ partim certas per-
sonas ut puta feminas, clericos aliosq; à successi. horum juri-
um excludunt, partim alienationes ex causis necessariis, vela-
ti, dotis, legitimæ, alimentorum &c. inhibent. possem hic plu-
ra inierere, sed quid de his sentiendum, tum ex regula *in ib.*
hoc lit. posita, tum quoq; traditis *infr. ib. 11. lit. a & b & seqq.*
aliquatenus colligere licet. Sicut & illud quid interfit veram
conditionem, vel modum duntaxat esse adjectum: & qui nam
effectus inde resultent? verum hæc larius nunc excutere non
fert mei instituti ratio. (f) 1. Quia major. ut & fideic. ejusmo-
di regulariter sunt perpetua, pluresq; leges ac conditiones in
iis solent adjici: ig. ut de his omnibus & singulis. tanto melius
constare, faciliorq; probatio haberi possit, scriptura necessa-
ria erit. *arg. l. 1. C. d. Jur. Emphyt. l. 4. ff. d. pignor. l. 17. C. de
Fid. Instrum.* 2. Quia licet fideicommissa possint esse absq; scrip-
tura l. 22. C. d. *Fideic.* hoc ipsum tamen eo casu quando fidei-
com. in testam. solenni constituitur. § 3. i. d. *Test. ordin.* ejusq;
probatio aliter haberi nequit, perpetuum non est. Facit 3.
quod major. ut & fideic. sint donationes, at hæc, si summam,
quingentorum solidorum excedant, insinuationem requi-
runt. l. 34. cum simil. C. d. *donat.*

X.

*Explicatis hæcenus causis, justo nunc ordi-
ne personas major. instituentes & fideicom. hæc
dantes videamus. Qua in re hanc regulam, quæ
omnes ferè controversias hæc spectantes decidit,
constituo: Nimirum Major. ut & fideic. fam.*

E

omnes

omnes constituere possunt, qui vel testari, vel cō-
trahere vel donare possunt. (a) Atq; hinc quid de
infante, pupillo, minore, filiofam. (b) muliere,
furioso prodigo aliis & similibus personis statuend-
um, facile apparet. (c)

(a) Quia hæc res ex genere permissorum dependet, ideoq;
omnibus, quibus non est prohibita, permissa censeri debet.
l. 4. ff. d. Testam. arg. Rubr. Inst. Quibus non est perm. §. l. 4. §. 1.
d. procur. l. 1. §. 1. d. Testib. 2. Quia fideic. hæc constituuntur
vel per modum contractus vel ultimæ voluntatis. Supr. tb §.
lit. b. l. m. & tb. 6. lit. 4. comprobatur. l. 1. §. 5. ff. ad Sit. Trebell.
& l. 2. ff. d. leg. 1. ubi ij demum fideic. rectè relinquunt, qui jus
testandi habent. Facit 3. quod jura hæc donationes quædam
sint, at v. omnes nisi prohibeantur, donare possunt l. 1. d. do-
nat. arg. l. 10. d. 7. & l. 17. ff. d. legib. (b) De filiofam. an in bo-
nis adventitiis, quorum ususfr. ad patrem non pertinet, possit
fit tale jus instituere, hujus loci est discutere? distingvo. Nam
aut institutio hujusmodi fit per modum testandi; atque hoc
modo nequit. 1. per l. pen. C. qui test. fac. possunt pr. §. quibus non
est perm. ubi filiofam. etiam iis in rebus, quæ pleno jure ad
eos spectant, jus testandi non est concessum. Ratio 2. est,
quia testamenti factio ex jure publ. & legis permissione pro-
ficiscitur l. 3. ff. d. Test. l. 120. d. v. s. At leges nullibi filiofam.
hisce de rebus jus testandi concessere. dd. ll. Secus verò si per
modum contractus vel donationis tale quid fecerit: sic non
reterit. 1. per l. ult. §. 2. ff. d. V. O. ubi pubes, qui in potestate est,
perinde ac paterfam. obligatur. 2. per l. 7. §. fin. d. donat. Ubi
etiam res quæ ad patrem non spectant, donare potest, quod
3. ulterius confirmat Nov. 117 c. 1 §. 1 ubi expressè filiofam. de
bonis, in quibus ususfr. ad patrem non spectat, libera admini-
stratio elargita est. An autem pater in bonis major, seu fideic.
subjectis, ususfr. habeat, dubio non vacat? quod affirmandū
duco. 1. per Reg. general. qua constitutum, ut pater in omni-
bus adventitiis habeat ususfr. l. 6. & tot. tit. C. de bon. qua lib.
& tot. tit. C. de bon. matern. At ab hac regula præfata bona nuf-
pian

piam exempta. E. regula standum. 2. per l. fin. C. d. usufr. que iterum indistinctè patri usumfr. attribuit. Comprobat 3. hæc ratio, quia singulari cautela, ne ususfr. ad patrem pertineat, efficiendum, regulariter ig. ad ipsum spectabit, arg. l. 12. §. 5. & l. 17. ff. d. usu & hab. Quo facit 4. & illud, quod cum filius honorum bonorum dominus sit, usumfr. eorunde. n. penes patrem optimo jure consistere posse, nec verendum, quasi hoc contra regulam illam fiat, quâ servitutem servitutis ac usumfr. usufr. nō dari legimus. l. 1. ff. d. Usu & Usufr. leg. vid. inf. tb. (c) Hisce autem brevitate studio, diutius immorari nolo, quin potius, quia aliàs, ex materia contractuum, testamentorum & donationis, quid hac in re, de uno quoque concludendum habendumq; non ita difficile est colligere, ig. ne tædiosè ea huc accerere ac fastidiosè inspergere videar, præsertim cum nil peculiare ac singulare circa hæc occurrat, non invitus prætermitto.

X I.

Delibatis personis instituentibus Majoratus, sequuntur persona ejusdem capaces. Ubi iterum pro regula tenendum: quod omnes, qui ex contractu vel testamento capere possunt, quibusve donari potest, iis quoque fideicommissa relinquere, majoratusve constitui possint. (a) Et è contra qui his ex causis acquirere nequeunt, ij vicissim prædictorum jurium sunt inhabiles. (b) Ex his nunc patet, quid de legitimo (c) naturali (d) posthumis (e) adoptivis (f) fœminis, (g) Spuriis, adulternis & ex damnato coitu prognatis (h) aliisq; similibus concludendum (i).

(a) 1. Quia uti dictum, Majoratus vel ex contractu vel testamento aut donatione constituitur. tb. 6. lit. a. & tb. præced. 10. lit. a. E, quibuscunque ex præfatis hisce causis acquiri-

E 2 tur,

tur, his quoque majoratus rectè constituitur. Nam cum 2 hec res vicissim ex genere permissorum deprompta sit, sequitur eas quibus his in iuribus successio non prohibita, quod iisdem sit permilla. *d. rubr. 1. quibus non est permis. sac. test. arg. d. l. 43. § 1. cum sim. ff. d. procur. Confert 3. arg. l. 9. § 35. ff. d. don. mort. causa.* ubi quibus testamento capere inhibitum, iisdem quoque fideicom. relinquere denegatum, nec non § 24. 7. leg. § l. 101. in fin. d. leg. 1. ubi legari illis solum potest, cum quibus testamenti factio est.

¶ An verò Majoratus institutor seu fideicommittens in personarum vocatione teneatur ordinem edicti successorii observare; an v. liberè quascunq; personas ad ejus successione invitare possit, huc pertinet excutere? distinguo. Nam aut ex ipsa legitima cum consensu tamen filiorum fideic. ejusmodi perpetuum instituitur, & hoc casu ordinem successorium servare tenetur. 1. Quia libera facultas disponentis semper intelligenda, secundum regulas juris communis, & ad eas restringenda *l. 35. C. d. Inoff. test. l. 3. § 1. ff. de bon. lib. 2.* Quia forma à lege inducta censetur substantialis, adeoque ejus omissio actum vitiat annihilatq; *arg. l. 9. C. d. Impub. subst. l. 43. ff. d. Vulg. subst.* Facit 3. quod, cum legitima sit portio jure naturæ debita. *tb. 8. lit. a & b.* utiq; debito quoque ordine relinquenda. Sin verò aliis in bonis jus ejusmodi constituitur, libera tunc disponendi facultas videtur concessa. 1. Quia libertas de rebus suis statuendi, nemini, nisi in præjudicium alterius vergat adimenda. *l. 10. C. d. pact. l. 1. C. d. pact. convent. l. 21. C. Mand.* Confert 2. quod inter extraneos nullus succedendi ordo, unde si majoratus aliis ex bonis conceditur, tunc respectu illorum omnes successores pro extraneis reputantur, adeoque nullus hic ordo succedendi. *l. 1. § 3. § 9. ff. de suis & legit.* Facit 3. quod in fideicommissis sola voluntas testantis inspicitur. *l. 16. § 30. C. d. Fideic. & sim.* (b) Non ergo ii admittuntur, qui test. factionem passivam non habent. *d. § 24. 7. d. leg. l. 101. d. leg. 1. l. 4. ff. d. bis, qua pro non script.* quive communiione juris gentium & civili destituuntur. Cum n. jura contractuum & testamentorum, ex utroque hoc jure dependeant, consequens erit, ut qui jure Civili & gentium non gaudet,

gaudent, eos tunc in capaces repellendos. *l. 3 ff. qui test. fac. possunt l. 5 § 2. 3. & 4 ff. d. 7. & 7. § 2. 7. d. 7. N. G. & C. (c)*
Quos habiles puto: 1. Quia legitimati in omnibus & per omnia pro veris, iustis & legitimis habentur, nec quiequam ab iisdem effectu differunt. *§ 2. l. d. Hered. qua ab Intestat. l. 10 & 11. C. d. Natur. lib. Nov. 89. c. 8. 29. Nov. 12. c. fin. & l. 9. § 1. & seqq. C. d. tit.* 2 Quia nullibi successio legitimatorum in his casibus prohibita, ergo permilla censi debet. *h. th. lit. a. suffragatur his 3* quod sint ex agnatione & de familia institutoris, juribus scilicet agnationis ex legitimatione consecutis. *dd. l. & l. ult. C. d. V. s. c. 8 de probat.* (d) De naturalibus major exoritur dubitatio, sed hos vix admittendos existimaverim. 1. Quia substantiale requisitum hujus successions, quod est, de familia & agnatione testatoris esse, in his deficit. *l. 9. C. d. Natur. lib. c. 4. Nov. 89.* Unde 2. quia in his, finis fideicommissi, per petui, qui est, ut bona in familia remaneant, desideratur, contra sequens igitur est, ut ejus, quod familiae relinquitur, sint incapaces. Maxime 3, quod nomina hæc familia, agnatio &c. non solius sint naturæ, sed juris. *l. 195. § 1. & seqq. ff. l. fin. C. d. V. S. § fin. 7. d. leg. agn. tut.* adeoque ad naturales ita facile non extenduntur. Facit 4 quod nec in feudis succedant. *c. 1. versus naturales 2. f. 26.* Nisi tamen testator & hos specialiter invitaverit. *arg. l. 32. P. fin. et. l. 69. § 3. d. leg. 2.* (e) Posthumis tale fideicommissum conferri posse non dubito, 1, quia in his, quæ successiorem, eorumque favorem concernunt, pro jam natis habentur. *l. 26. de statu hom. 2. per l. 1. § 8. ff. d. leg. 3. & l. 126. in fin. de leg. 1.* ubi disertè asseritur, quod ei, qui nondum natus est, fidei committi possit. Accedit 3, quod & hi sint de familia & genere testatoris *d. l. 195. § 2. ff. & l. fin. C. d. V. S.* nec non 4, quod hujus successions natura perpetua sit ac infinitum extendatur, proinde fieri nequit, ut non simul nascituri quoque admittantur *ib. 4. lit. d.* ac licet 4, qualitas capacitaris in vita testatoris eos deficiat: attamen sufficiat eam tempore delatæ successions adesse. *l. 104. ff. d. Cond. & dem. l. 24. d. leg. praestand. l. 52. de leg. 2.*

Q. De nepote h. l. in controversiam venit, an si pater in persona filii majoratum quidem instituat, sed filius ille vivo patre moriatur, utrumne in nepote ejusmodi majoratus sustineatur, ut ita jure repræsentationis admittatur: an v. ad patrem potius is pertineat? Item an nepos cum patruo in fideicfam. concurrere simul succedere possit, atq; ita repræsentatio locum habeat? De quibus quæstionibus, quid statuendum, cum apud Interpp. in utramq; partem latissimè scriptum inveniatur, evitandæ prolixitatis studio, eas non tango. Interim videri possunt *Timq. d. Jur. primog. quæst. 40. Simond. prati. ult. v. lunt. lib. de fideic. fol. 3. Jacob. à Saa. Tract. de primog. per tot. Anson. peregr. Tract. d. Fideic. articul. 21. (f)* In his distinguo: nam aut ab extraneo sunt adoptati, & tunc non admittendos puto. 1. Quia hi verorum filiorum & herorum appellatione non veniunt, l. 76. *ibi*: adoptionis commento ff. d. Cond. & demon. § l. 51. *in fin. de leg. 2.* Nec 2. de familia & agnatione testantis sunt: § 2. *l. d. Adopt. l. pen. § 1. in fin. C. d. Adopt.* *ibi*: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, sed quasi extraneus ad illam familiam inveniatur. Accedit 3. l. 23. *ibi*: ut veri patris adoptivus filius nunquam intelligatur: ne imagine natura veritas adombretur. ff. d. lib. & postb. Hinc etiam 3. in dispositione de filiis & liberis simpliciter loquente, adoptivi non comprehenduntur. l. 6. ff. d. *his, qui sui vel al. jur. l. 4. eod. § l. 5. d. in jus vocand.* Facit 5. quod nec in feudis succedant, c. *adoptivus 2. feud. 26.* adeoq; 6. qualitas hæc esse natu majorem & de familia ex natura provenit, iisque tantum competit, qui verè generati & geniti non verò fictitio quodam modo asqiti. Aut verò ab avo paterno materno adoptati sunt, quo casu eos facilius aspirare posse crediderim 1. *per d. § 2. 7. § l. pen. § 1. C. d. Adopt.* Quippe cum 2. in his, & naturalia & adoptionis jura concurrant, adeoq; & tales in familia ac potestate patrum adoptivorum constituti sunt (g) Major de foeminis dubitatio est, sed & has non penitus excludendas arbitror. 1. *per l. fin. C. d. V. S. & Nov. 159. p. § c. 1. ubi mater & nurus quoque fideicfam. petere possunt.* 2. quia & foemina æquè de familia sunt, voce scilicet familiæ largius accepta l. 159. § 2. & *fin. ff. d. V. S. d. l. fin. C. eod.* facit 3. quod per

eos quoque, qui ex ipsis descendunt perinde familia conser-
tur. l. 69. § 27. d. leg. 2. d. l. fin. C. de V. S. & memoria perennis
efficiatur. l. 220. in fin. ff. d. V. S. ibi: etenim idcirco filias con-
cipimus & c. ut ex prole earum diuturnitatis memoriam
nobis in ævum relinquamus, & l. 14. pr. C. d. leg. hered. (g) Re-
pellendos hos existimo, quia nec sub nomine filiorum, d. l.
6. ff. d. bis, qui sui & l. 6. C. d. sui & legit. minus 2. sub familia
& agnatione continentur & l. 19. § 2, & d. l. fin. suffragatur
3. his, quod sic nati partim ignominie macula, partim verò in-
famia non careant, ig. iis in dispositionibus, ubi de honore &
dignitate filiorum agitur, tales non comprehenduntur. Cum
omne familie decus splendorq; generis in his deficiat, in tan-
tum 4. ut omne etiam successione participium, omneque pa-
ternum beneficium his sit abscissum. Nov. 89. c. ult. aubr. ex com-
plexa C. d. incest. Napt. (h) Ex iis, quæ hæc tenus dicta, non dif-
ficulter, quid de prodigo, furioso, muto, surdo & similibus
concludendum, elici potest. Quare his diutius non im-
moror.

X I I.

Et hæc usq; de personis, sequuntur res. Sci-
endum a. iis demum in bonis proprie & regula-
riter majoratus institui & fideicommissa familia
relinqui posse, quæ immobilia sunt, & quæ bis
annumerantur. (a) Igitur in hereditate, (b) le-
gitima, (c) usufructu, (d) actionibus & nomini-
bus, (e) annuis redditibus (f) aliisq; rebus parti-
cularibus (g) & similibus (h) majoratum ac ta-
le fideic. constitui posse non dubito.

(a) I. Nam cum majoratus & fideic. hæc perpetuò dura-
re deferriq; debeant, in bonis v. mobilibus, quæ talia, perpe-
tuum quid & durable effici nequeat c. l. in fin. 2. feud. 1. se-
quitur ig. ex bonis tantum immobilibus, aut certe his, æqui-
pollentibus majoratus proprie constitui. Cum quo 2. conves-
nit,

nit, quod mobilia vilis & abjecta sint possessionis nec diu-
turnum stabilemq; præbeant usum. *arg. l. 22. C. d. Adm. tut. l. 47 ff. de Acquir. poss. immobilia* verò longè digniora diutiusq;
duratura l. 15. pr. qui satisd. cog. l. 1. C. d. Usufr. transform. ig.
hæc majoratibus magis accommodata. Facit 3 quod mobi-
lium peremptio naturaliter ex cursu certi temporis deduci pos-
sit, & tunc præcipuè quâdo servando servari nequeunt. d. l. 22.
in fin. Bartol. ad l. 4. C. d. Murilegula lib. 11. & Affl. decis. 13. n. 27.
(b) 1. Quia hereditas, universa bona tam mobilia quam immo-
bilis complectitur. l. 178. § 1. d. V. S. l. 62. & sim. ff. d. R. l. 2. per-
ror. tit. ff. & C. ad Sæ. Trebel. in quibus de totis hereditatibus
per fideicommissum restituendis creberrima sit mentio, ac 3
donatio omnium bonorum valida l. 35. § 4. & 5. C. d. donat. l. 8.
C. d. Revoc. donat. l. 5. C. d. Inoff. don. quidni igitur valebit
majoratus per modum ultimæ voluntatis in omnibus bonis
adeoq; in hereditate, modo legitime fiat, institutus. l. 8. C. d.
Inoff. test. (c) l. 3. arg. l. 8. § 6. ff. de bon. poss. contr. ubi filius et-
iam exheredationi consentiens & subscribens, sibi nocere al-
feritur. Consentit 2. l. 22. § fin. ff. de fals. quæ itidem hoc ip-
sium confirmat ac licet 3 gravamen aliquod implicare videat-
tur tale fideicommissum, revera tamen gravamen non est,
quin potius totum hoc in ipsius commodum & utilitatem re-
dundat, ut proinde 4 eih. c. prohibitum non sit, juri profes-
introducto renunciare l. pen. C. d. pact. confert 5, quod appor-
bans defuncti voluntatem, eidem stare cogatur. l. pen. § fin. ff.
d. Inoff. test. l. 8. § 1. C. d. Inoff. test. l. 43. ff. d. per. her. & sim. (d)
Usufructus n. licet per se neq; mobilis vel immobilis dici possit:
attamen cum pars fundi sit, ac sic immobilibus cohereret,
ut semper stabile ac permanens subjectum habeat, igit. in
hoc fideic. relinqui posse non dubito, arg. l. 49. l. Epiet. l. 4. d.
Usufr. Facit deinde tot. tit. ff. d. Usufr. & Usufr. leg. & c. (e) Immo-
bilium scil. rerum nomine competentibus inq; eadem cons-
ceptis. Quia res ipsæ quæ in actionibus sunt, per actiones res
præsentantur. l. 15. d. R. l. 27. de leg. 3. l. 75. d. V. O. Sic actio
dicitur certa vel incerta respectu ejus, quod in obligatione
l. 72. § 1. l. V. O. Item obligatio dividua vel individua ex re in-
obligationem deducta, l. 2. § 1. d. V. O. (f) Si scil. ad perpetuum

um tempus sunt duraturi *Clem. 1. vers. cumq; annui reditus*,
inter immobilis censeantur. *d. V. S* quippe cum res, secundū
subiecta sua, quibus inhærent, censendæ veniant. *Nov. 7. pr.*
vers. vult. illa c. 1. § fin. 2. feud 1. Facit quod & à satisfactione
quoque excusent. *Barr. Ang. ad l. 15. ff. qui satiad. cog.* An
in bonis feudalibus & emphyteuticis tale fideicom. constitui
possit quaeritur? distinguo. Nam hæc bona aut à parentibus
acquisita sunt pro se & heredibus, & hoc casu majoratui sunt
obnoxia: aut v. pro se & filiis suis tantum, atq; tunc, quoniã in
his aliis simul sus quaesitum est, sanè in præjudicium ipsorum
eis interverti nequit. *c. unic. 2. f. 48. § 2. f. 26. § 6. vers. Feudum*
ea lege & c. 3. Novel. 7. c. 5. d. probat. Maximè cum nulla ordi-
natio defuncti in feudis obtineat. *c. 1. pr. 1. f. 8.* (g) Ad hanc
classem pertinent, fundus, prædium, domus, sylvæ & similia.
l. 77. § 27. de leg. 2. l. 78. § 3. eod. l. 38 § 2. & 3. de leg. 3. An verò
maritus & uxor ad secundas nuptias transiens, possit de bo-
nis à priore conjuge donatis, prælegatis vel ex alia causa lu-
crativa acquisitis tale fideic. ordinare? *N. 1. per Nov. 22. c. 25.*
vers. Non enim permittimus parentibus rectè introductam ei
lectionem & c. 2. *per Aube. lucrum C. de secundis nupt. ibi:* Lu-
crum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbi-
trio parentis relinquitur, ut ita 3. bona hæc ex legis dispositi-
one absq; parentum ministerio à lege liberis liberè sint data
& assignata, adeoq; à parentibus gravari inq; alios transferri
nequeant. *Comprobat 4. l. 3. C. de secund. Nupt. Ubi secundò*
nuptis tantum facultas possidendi fruendiq; non etiã dimi-
nuendi & alienandi concessa. l. 6. § 1. eod. & l. 2. C. d. Indict. Vi-
dit. Quid v. in rebus constante matrimonio acquisitis? Et has
tali fideic. suppositas ajo. 1. quia acquirens cum dominus ear-
rum efficiatur, liberam simul administrandi alienandique
facultatem nanciscitur. *l. 21. C. Mand. Rebus enim 2. suis quis*
vis, tam contrahendo, quam testando legem dicere potest.
l. 120. d. V. s. l. 10. C. d. pact. & l. 1. C. d. pact. Convent. & fin. An
idem in re aliena dicendum? distinguo. Nam aut in re here-
dis instituitur, & valet licet testator rem esse suam ignoravit:
aut v. in re, quæ non here dis est, testator tamen eam alienam
esse scivit, & hoc casu heres tenetur illam emere atque fidei-
com.

commissario tradere aut affirmationem præstare, ut bona ex
inde perpetuò mansura comparentur. Sin v. ignoraverit, non
teneat. § 4. l. de legat. l. 67. § 8. de leg. 2. l. 10. C. de leg. l. 14. S.
fin. de leg. 3. § l. 6. C. de fideic. (h) De his autem rebus & quæ a-
liàs inter immobilia connumerari solent, quæve perpetuum
usum præbent; quia passim ap. Feudist. aliòq; Juris Interpp.
tractatio (præsertim iis in locis, ubi de rebus in feudum dare
solitis agitur) suscipitur, ad eos hic remitto.

XIII.

*Rebus perlustratis, Nunc in posterum de ju-
re ac facultate majoratus possessoribus compe-
tens, videam. Quæ doctrina sequentibus ali-
quot questionibus non incommode melioris co-
gnitionis causa, includi poterit. Quarum pri-
ma est: An possessor Majoratus seu talis fideic.
dominus sit (a) rerum ei suppositarum, an v. nu-
dus tantum usufructuarius? 2. An præfatus pos-
sessor, usufructum seu quamcumq; aliam servi-
tutem in bonis ejusmodi constituere? (b) 3. An
eadem oppignorare hypothecæ dare? (c) Item
4. locare inq; emphyteusim concedere valeat?
(d) porro quæ nam 5. emolumenta eundem se-
quantur? (e) & an eidem 6. augmenta rerum
majoratus cedant? (f)*

(a) Dominum eum dico. l. per l. 29. § ff. qui & à quibus
man. ubi re sub conditione alteri data, interim possessor ejus,
pleno jure dominus est, quod etiam confirmat. l. 17. § fin. & l.
fi. q. ff. d. R. Vind. l. 2. per l. 34. § fin. ff. de leg. 2. l. 54. Ad Sct. Trebel.
& l. 66. ff. de R. Vind. quibus textibus expressè probatur eum,
cui res ita ad vitam data, ut post mortem ad alium transeat,
nihilominus interim revera dominum esse. Quibus 4. suffra-
gatur

gatur l. fin. § 3. C. Comm. de legat. & l. 3. C. de donat. sub modo; quibus textibus rei vindicatio existente conditione seq. fideicom. successorii conceditur, E. per l. 23. ff. de R. P. Dominus erit. Conveniunt: §. l. 26. de Usufr. leg. l. 15. de Aur. & arg. leg. & l. 66. de R. Vind. l. 1. §. 4. ad Scil. Silan. Ubi onus restituendi post mortem, non tollit dominium in vita. Item l. fin. de Usufr. earum rerum l. 4. pr. ff. de alitr. leg. quæ pariter hoc ipsum luculenter confirmant, cum 6. necessum sit, Dominium interim penes aliquem existere. l. 4. §. 3. de Indiem addit. & quoniam ap. sequentes successores, quos possessor antecedit, esse nequit l. 69. §. 3. l. 32. & fin. & sim. de leg. 2. Interim possessorem revera dominum esse consequitur. Facit 7. l. 63. ad Trebel. Ubi facta in fideic. restitutione, statim res in dominio ejus fiunt: quod in h. sce fideic. per primam illam testantis verbalem restitutionem factum censetur. lb. 9. lit. a & lb. 16. lit. b. ac licet 8. dominium hoc quo ad vitam tantum restrictum sit limitatumve, non minus tamen verum dominium est; quippe cum hac ratione maritus quoq; dominus sit dotis. l. 30. C. de Jur. dot. l. 47. §. ult. de pecul. & minor quoq; habens curatorem nihilominus verum, licet quodammodo limitatum habet dominium. l. 3. & sim. C. de In integr. restit. Ut proinde à Seneca rectè dictum: quod sub certa lege meum est, etiam meum est. (b) Affirmativæ subscribo. Quia lit. a. præced. deductum, possessorem majoratus, dominum esse, consequens ig. est, ut per id tempus, quo dominium durat, jura quoq; domini utendo fruendo & sim. exercere possit. §. 1. l. & l. 3. pr. de Usufr. l. 1. §. 1. Comm. prad. §. 3. & 4. l. d. servit. l. 21. C. Mand. 2. per l. 1. & 1. ff. quem ad. serv. amit. ubi heres, cui sub conditione fundus legatus, ea pendente servitutum imponere potest, at existente conditione ea vicissim extinguitur, quo 3. facit. l. 12. §. 2. fam. hercisc. & arg. l. 105. ff. de C. & d. ubi extincto jure concedentis, simul jus quoq; accipientis extinguitur. Idem 4. firman. l. 105. ff. de C. & d. l. 205. ff. d. R. l. 1. §. penult. & ult. ff. d. Superfic. quibus text. dissertè asseritur, quod iis rebus, quæ sub certo modo nostræ sunt, servitutes imponere possimus. Sic §. Vassalus & Emphyteuta fundo feudali & Emphyteuticario servitutes imponere possunt. c. 1. §. quid ergo 2. f. 8. E. multo

magis majoratus possessor, utpote cui plus juris tributum. A
stipulatur 6. l. 81. pr. ff. d. leg. 1. l. 24. § fm. d. fid. libert. l. 69. § 1. d.
leg. 2. Ubi heres, fundum sub conditione legatum eum interim
alii vendere ac legare potest (c) 1. Quia veri alicujus rei domi-
ni, qui plenum ejus dominiū licet ad tempus habet, oppignora-
rare possunt. l. 4. § 3. d. In diem addit. l. 13. § 1. d. Pign. l. 6. C. d. usufr.
At talem majoratus poss. esse *supr. b. ib. lit. a.* demonstratum. 2.
Quia usufructuarius, administratores, tutores & curatores,
qui tamen minus juris in rebus habent, possunt oppignorare.
l. 11. pr. & § pen. d. pign. l. 15. eod. l. 16. d. pign. aff. l. 27. d. adm. tut.
Quibus 3. accedit, quod resoluta jure oppignorantis, jus oppi-
gnorati quoq; resolvatur. l. 31. d. pign. l. 108. ff. d. C. & D. Ac facit
4. quod per oppignorationem non vera & propria alienatio
inducatur, sed præterquam quod dominium penes dantem ut
& possessio quo ad civiles effectus remaneat. l. 35. § 1. d. pign.
aff. l. 9. C. eod. l. 12. d. dist. pign. nil juris ad oppignorum plus trá-
sit, quã ipse oppignorans habuit. d. l. 69. § 1. d. leg. 2. l. 54. cū fm.
ff. d. R. I. (d) Quæ quæstio distinctione explicanda. Nam talis lo-
catio & in emphyteusin concessio, vel ad modicum aliquod
tempus contrahitur; vel ad longius extenditur, priori modo
validam locationem, non v. posteriori assevero. 1. Quia tem-
porales hæ vocations, nullum alienationis effectum impor-
tant, sed cum sua temporali qualitate fieri consentur. § 2. 2.
feud. 34. & § beneficium 2. f. 26. Ad eoq; uti major. poss. perpetuo
dominus non est, ita quoq; locatio ab eodē facta temporalis
erit. l. fm. § 2. C. Com. leg. d. l. 69. § 1. l. 54. l. 102. eod. & c. 79. d. R. I. in 6.
2. per l. 13. C. d. V. usufr. ubi locandi facultas in fructu ponitur & 3.
l. 9. § 1. ff. Locari. ubi locatio etiam à fructuario facta ita valet,
ut tamen eo mortuo iterū extinguatur, quod multo magis in
major. poss. dicendum *b. ib. lit. a.* Facit 4. quod longa demum
locatione, nõ item modica jus reale in re locata constituatur.
l. 1. § 3. d. Superfic. & l. 1. § 1. si ager vell. gal. Sic 5. Vasallus quoq; lo-
candi habet facultatem. c. unc. 2. § 1. f. 9. ac confert 6. prædictæ
reg. generalis, qua resoluta jure locantis, etiam jus conducen-
tis resolvitur. d. l. 31. & fm. Ex hætenus dictis relucet, ejusmo-
di locationē multo magis in ipsis fructibus & comoditatibus
rei major. procedere. l. 66. d. Jur. dot. & l. 57. sol. mat. ex iud. dem. jū
Alia rationib. Notari h. l. potest Conductorem majoratus in
locan-

locando rem eid. subjectam, ita sibi prospicere posse, ut reli-
qui quoq; successores locationi huic consentiant. Hoc n. facto
reliqui illi locationi quoq; stare coguntur *arg. l. 42. ff. d. usuc. 2.*
Si successor majoratus, pretium recipiat à conductore, eo ipso
contractum prædecessoris sui ratificasse censetur. *l. 17. d. bon.
poss. contr. tab. l. 14. locati arg. l. 23 § 1. d. Inoff. test. An v. hered. poss.*
majoratus de evictione teneantur, hujus loci est excutere? N. 2.
1. quia ejusmodi locatio ex natura locationis & qualitate re-
rum locatarum finitur *l. 9 § 1. locat. d. l. 31. d. pign. & sim. a deoq;*
cum heredes nihil cōmodi sentiant, ab onere quoq; sunt rele-
vādi. *l. 10. & sim. d. R. I.* Accedit 2. quod qualitas hæc ab initio cō-
tractui inhit, ac à principio à contrahente prævideri debeat,
quare si hoc ab ipso non factū, sibi imputet, cum culpa nō ca-
reat. *d. l. 9. § 1. & l. 19. ff. d. R. I.* Confirmat 3. quod hæres maj. poss.
ex reb. major. jure hereditario, nihil capiat, ac quod in his pri-
mo acquirenti succedatur. *ib. 9. lit. a.* Verum quid si majoratus 2.
bona simpliciter tanquam libera fuerint locata, nec quod gra-
vamini sint obnoxia, dictū? Nec tunc heredes teneri existimo.
1. quia factum defuncti, tunc heredes præstare non tenentur,
quando non tanquā heredes succedunt, nihilq; cōmodi, exin-
de percipiunt. *d. l. 10. d. R. I.* At hoc casu heredes defuncti per-
sonā non representant nec etiā lucrum aliquod capiunt. *l. 149.
d. R. I. l. 13 § 1 d. Acq. poss. E. nec factum ejusdem præstebunt. 2.
per d. l. 9 § 1. ibi; de cepit n. conductorem ff. Locati. ubi ideo te-
netur locator quia fraudem dolumq; cōmisit. Nam cum esset
usufr. is tanquam dominus locavit, pariter ig. heredes poss. li-
c. non tenentur præsertim si ex dolo & facto defuncti nihil ad
eos pervenit. *l. 26. ff. d. dolo. l. 38. & 44. d. R. I. l. 10. eod. Facit 3. quod
conducens ab initio rei qualitatē melius inquirere ac personę
conditionē explorare diligentius debuisset. d. l. 9 d. R. I. & c. 80.
d. R. I. in 610. Sufficit a. si ab initio locator, maj. sese poss. nomi-
nat. Taliter n. quis cōtrahere videtur, qualiter per nomen ap-
pellativum profertur. *arg. l. 32. d. cont. empr. (c) Major. poss. ve-
rum dominum esse. b. ib. lit. a* fuit assertū, a deoq; cum omnes
cōmoditates & emolumenta posse percipere consequenter
dicendum. Exempla harū cōmoditarum colligere licet. *ex l. 10.
n. d. usufr. & l. 9. in fin. eod. l. 34. pr. d. pign. l. 13 § 4. d. usufr. l. 7 § 12.
sol. matr. l. 54. ad Trebel. Sic arbores à vento evulsas in proprium
usum convertit. *l. 12. d. usufr. d. l. 7 § 12. sol. matr. Rem fid. subje-****

Etiam in aliam meliorem fructuosoremq; commutat, si modo ad pristinam etiam formam reduci possit. *arg. l. 39. de neg. gest. & l. 15. si serv. vind. l. 9. de serv. Urb.* Similiter etiam venari ferarq; capere & occidere in fundis hisce rebus destinatis, piscariq; ei concessum. *l. 62. pr. & § 1. ff. de Usufr. ac deniq; ea omnia eum facere oportet, quæ diligentem decent patremfamil. arg. l. 14. de pign. act. & l. 33. de adm. tut. & l. 54. ff. ad Trebel.* Thesauri quoq; inventi partem dimidiam eidem cedere dixerim. *c. 1. per l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. l. 63. § 2. de Acq. dom. 2.* Quia thesaurus non pars & portio aliqua fundi est, sed res prorsus separata ac diversa *l. 3. § 3. de Acquir. poss. ac 3. donum Dei d. l. 1. C. & donum fortunæ d. l. 63. § 2. appellatur.* Nec non proventus & commoditates, ex argenti fodinis, lapicidinis aliisq; venis, *d. l. 7. § 13. sol. matr. cum loco fructuum ac proventuum habeantur. l. 7. § 9. ff. de Usufr. l. fin. d. Fund. dor. (f)* Hæc quaestio distinctione expedienda. Nam aut res factio possessoris majoratui adjecta per se subsistere potest & à cæteris major. rebus separabilis est, & tunc major. successores non sequitur, sed ad ejusdem possessoris heredes pertinet. *l. 7. § 1. ibi; propriam & separatam conditionem habent, & ideo possessionem quoq; earum separatim nancisci oportere. ff. pro Emptor. c. 1. § e contrario ibi: Si quidem tale adjectum sit, quod per se subsistere possit & c. 2. f. 8* Nam cum ejusmodi res noviter adjecta, acquisita & libera sit, non potest nisi aliqua præcedente dispositione hanc qualitatem ut perpetuo majoratus efficiatur, induere. *l. 29. § 1. de Aur. & argent. leg. l. 24. § 2. ff. de leg. 1.* Sic jurisdictio aliaq; res ex retractu præscriptione, non tanquam res majoratus eoq; titulo recuperatæ & acquisitæ, quia per se subsistere ac separari possunt, possess. Maj. non sequuntur. Similiter in usufructu, quem poss. fideic. redemit, ut cum proprietate consolidetur: item in censibus, annuis retribibus aliisq; pensionibus, quibus res Major. subiectæ erant, & à possess. ejusdem cum in finem redemptæ, ut ab oneribus bona fideic. postmodum liberentur, ob rationis paritatem dicendum, hinc ea pactione pecunia soluta, ut nihil in præjudicium reliquorum successorum agatur. *l. 38. de leg. 3.* Facit, quod ab initio quoq; bona huic oneri fuerint suppo-

ta, a deoq; prima obligatio non extincta, sed in aliam dunta-
xat transfusa est. Debitum n. defuncti & quidem ex causa
necessaria persolutum est, d. l. 38. pr. arg. l. 1. & 2. C. d. pact. pign.
l. fin. C. de bis, qui loco prior. cred. posteriori v. casu, quando res
facto possessoris addita, à majoratu separari ac per se subsiste-
re potest, ea tunc majoratui cedit, soluta tamen possessori e-
jusdem rei estimatione. d. c. 1. S. de contrario 2. f. 8. Sic servitus
in re majoratus constituta l. 1. comm. prad. l. 3. pr. d. Servit. I-
tem ædificium in solo majoratus positum majoratui acquiri-
tur, cum inseparabile sit ac per se subsistere nequeat. l. 2. v. &
fin. G. de R. Vind. § 29. 30. & fin. l. d. Rer. divis.

X I V.

Ulterius excutienda veniunt. Utrum 7.
Majoratus possessor possit testari & heredem vel
proximè in familia sequentem (a) vel penitus ex-
traneum instituere? (b) an 8. bona hisce fidei-
commisissis supposita teneatur conferre? (c) num
9. leges antiquas veteresque conditiones ipsius
Majoratus valeat mutare aliasq; novas adijce-
re? (d) Item 10. Utrum de rebus majoratus et-
iam promittere vel ei transigere concessum?
(e) ac deniq; an juri quod habet in bonis majora-
tus renunciare (f) idq; alteri cedere possit. (g)

(a) Negativæ subscribo. 1. Quia nullius effectus est imo-
di heredis institutio sc. de eo facta, quod aliàs ex primi insti-
tuentis dispositione necessariò ad proximè sequentem deve-
nisset. d. l. 32. § fin. l. 69. § 1. & 3. & alibi passim ff. d. leg. 2. Quod 2.
confirmat l. 27. § 1. ibi: quia satis plena prior fuit institutio ff.
de her. Inst. h. deoq; 3. quia primi instituentis dispositio adhuc
durat, cessat alterius testandi facultas arg. l. 39. de acq. her. susce-
fragatur 4. l. 84. de her. Inst. ibi: Qui n. invito defuncto pore-
rat libertatem extorquere, non magnum videtur à defuncto
beneficium consequi, imò nihil commodi sensisse sed debitum
liber-

libertatem s'cepisse, facit §. quod quemad: eam ob rationem
n'p'la defuncti ordinatio in feudis valida, quod ex primi ac-
quirentis provisione, id ad reliquos transeat agnatos c. 1. *pr. i.*
feud. 8. Ita similiter in majoratus successione sese res habet...
Præsertim 6. & ideo, quia dominium possessoris ad vitam tan-
tùm restrictum, post mortem nihil potest operari. *ib. 16. lit. b.*
Ex quibus cum reluceat quid de exclusione sequentis in suc-
cessionem à possessore fortè facta sit statuendum, ig. ex iisdem
non magno labore peti potest. (b) Iterum Neg. 1. quia extra-
anei heredis institutio nihil aliud est, quam quædam extra fa-
miliam alienatio. *l. 8. §. 2. C. d. sec. nupt. l. fin. C. d. reb. al. non alien.*
At omnis vera alienatio, qua res extra familiam transire po-
tess, enixa testatoris mente hic prohibita. *d. l. 69. §. 1. C. 3. l. 77. §.*
27. C. passum supr. hac. ib. text. alleg. E. etiam heredis institutio.
Nam 2. in *d. l. 69. §. 3.* alienare prohibitus extra familiam, eo i-
pso extraneum heredem instituere nequit, & si contra fecerit,
omnes de familia fideic. petere possunt. Quod 3. pariter con-
firmat *d. l. 69. §. 1.* ubi prædico extra familiam vendito, post mor-
tem venditoris, emtor illud amplius habere nequit, non aliter
ac si heres extraneus in eo fuisset institutus. Sic 4. in *l. 38. §. 3. ff.*
d. leg. 3. Filius ad vitam alienare prohibitus, ideo extraneum
heredem scribere potest, quia cessat alienationis prohibitio, E.
ea durante, extraneum heredem habere non poterit, uti hoc
5. ulterius confirmat *l. 77. §. 27. l. 78. §. 3. ff. d. leg. 2.* Ubi supremus
& novissimus in familia, quia abiq; liberis moritur & sic fami-
lia extincta est exterum heredem rectè instituit (c) *N. i.* quia que-
cunq; ita personæ adhærent, ut ab ipsa divelli ac in alias trās-
ferri prohibentur ea collationi sint exenta *arg. l. 30. §. 2. C. d.*
Inoff. test. l. 22. d. leg. 2. At talia sunt fid. hæc & majoratus. *supr.*
ib. 4. lit. d. e. K. 2. quia hæc fid. & majoratus, sunt donationes,
quædam simplices, quæ jure aliquo speciali & præcipuo factæ
censentur, adeoq; collationem effugiunt. *l. 20. §. 1. C. d. Collat.*
l. 15. Fam. herc. l. 25. C. d. don. inter vir. C. d. ux. 3. quia fideic. tale vel
majoratum instituens, nihil aliud egisse censetur, quàm ut bona
his supposita ita familiæ deferat, ut aliis, qui nō sūt de familia
in iis nihil juris remaneat. Quod 4. maxime in majoratib. pro-
cedit, quoniam ea lege deferuntur, ut nō dividantur, atq; ita

nc

nec divisionem E. multò minus collationem recipiunt. *arg. l. 41. in fin ff. Fam. Erisc. Et l. fin ff. d. Jur. patron. (d) 1.* Quia successio Majoratus non ab ultimo possessore sed à primo acquirente constituta est, ut ita à præfato possessore nihil capiatur. Quapropter quemad. sequens successor nihil emolumentum ab eodem sentit: ita vicissim oneribus novisq; conditionibus non est gravandus. *l. 9. C. d. Fideicom. l. 67. § 1. ff. d. leg. 2. l. 22. ff. d. Adopt. Nec n. ultimus possessor 2 primi instituentis pristinam dispositionem immutare alienaq; successioni legem imponere potest. l. 28 ff. d. mil. test. Ubi suæ quidem hereditati, quam vult, quis substitutionem facere potest, verum tamen jus alienum minuere non licet. l. 2. d. test. tut. Militat 3. quod successoribus in majoratu eo, quo is constitutus est modo jus sit quæ situm hoc ig. in vitis ipsis & ignorantibus non auferendum; *arg. l. 116. cum sim. ff. d. test. Facit 4. quod quoties substantiale aliquod rei antiquæ additur detrahiturve, nova illa res censenda sit: arg. l. 5 ff. d. l. 1. Et l. Adeoq; si ejusmodi majoratui novæ leges & conditiones adderentur, is planè immutaretur, aliisq; novus, contra primi disponentis mentem constitueretur, nisi tamen propria quædam bona, in quibus poterit, adjiciat. l. 114. § 15. d. l. 1. l. 38. pr. d. leg. 3. (e) Affirmativam tueri conabit. l. per l. 36. ff. ad Trebel. ubi gravatus restituere hereditatem, si de re quapiam hereditaria compromissum fecerit, cautionem de indemnitate fideic. præstare tenetur. 2. per l. fin ff. Et l. 12. C. d. Transact. l. 104. ff. d. sol. quibus text. ante restitutam hereditatem transactiones, solutiones, liberationes factæ, sunt validæ. 3. per c. 18. X. d. Test. ubi valet compromissum ab herede, cui, si sine liberis deceaserit, datus fuit substitutus. 4. Confirmat l. 1. C. de pact. ubi pactum de re fideic. factum ab herede ante adventum dici validum. Hic 5. Vasallo de re feudali permissa transactio. c. 1. § si Vasallus 2. f. 26. Et c. unic. 2. f. 43. ibi: nam transigere rectè poterit. Atq; hæc tenus dicta ita procedunt, nisi compromissa & transactiones ejusmodi tendant in præjudicium successorum, aut alienationem aliquam importent. *arg. l. 4. C. d. prediis minor. d. l. 69. § 3. Et sim. d. leg. 2. An v. successores majoratus teneantur heredibus ipsius Maj. possessoris eos sumtus,* 2**

G

re-

refundere non incommode disquiritur? Quod affirmandum
 arbitrator sc. quando compromissum transactio, necessaria at-
 que utilis fuerit. 1. Quia possessor negotium reliquorum suc-
 cessorum gessit, ideoq; eosdem sibi habet obligatos l. 31. § fin.
 d. Neg. gest. l. 6. § 6. & seqq. l. 39. ff. eod. 2. Quia hujusmodi sum-
 tus ad conservationem & in utilitatem majoratus sunt ero-
 gati, a deoq; ea ex causa, ut res major. ad successores deveni-
 ret impens, non immerito ig. repossuntur. d. l. 31. § fin. l. 10. d.
 R. l. Facit 3. quod etiam alias majoratus, ob sumtus ex neces-
 sitate factos alienari possit. *infr. tb. 18. lit. f.* Sic 4. maritus, si
 pro ædificiorum agrorumq; restauratione perpetua sumtus
 fecerit necessarios, ipsi repetitio competit. l. 7. § 16. *fol. matr.*
 l. 3. § 2. ff. d. *Impens. in res dot.* (6) 1. Quia quilibet juri pro se
 introducto renunciare potest. l. per. C. l. 7. § 14. l. 31. cum sim. ff.
 d. *pat. 2.* Quia majoratus & fideic. sunt donationum species:
 at hæc in invitos non conferuntur. l. 69. d. R. l. 119 § 2. cum sim.
 d. *donat.* Sic 3. Vasallus, quem successio feudi tangit, si in al-
 terius, ad quem aliàs investitura feudi non spectat, consense-
 rit investituram, nullum ad petendum feudum habet regres-
 sum. c. 1. §. 1. r. f. 5. & 2. f. 26. §. 5. *vers. Titius.* ac similiter quoq;
 4. creditor, jus in pignore remittens, sibi præjudicat. l. 8 § 6. ff.
 qui pot. in pign. l. 3. C. d. R. *Vind. l. 2. & 8. C. d. Remiss. pign. l. 158.*
 d. R. l. Arq; hæc renunciatio, in ipsius tantum renunciantis,
 non etiam successorum præjudicium valida est arg. l. 10. C. d. *leg.*
fram (g) Aff. 1. *per c. quam periculos. 7. quest. 1. ubi:* quia Eleu pri-
 matus suos semel cedens, eos postmodum recipere nõ potuit.
 Quod exemplum sacræ literæ nobis suppedirant. *Geni. 25. in*
fin. ac repetitur ad Hebr. c. 11. Nec n. 2. h. l. innatam illam acci-
 tis qualitatem personalissimam cessibilem ajo. arg. l. 9. § 1. *los-*
cati l. 69. § 3. d. leg. 2. S. antepen. l. d. Vusufr. l. 8 § fin. ff. d. peric.
& Com. rei Vend. sed jura. quæ in bonis habent & quo ad effe-
ctum cessionem firmam puto. Sic quoq; jus conditionale ex
contractu vel substitutione dependens cedi potest. arg. l. 1. C.
d. pat. § 4. J. d. V. O. Facit 3. quod & cessio hæc ultra cedent-
is præjudicium non extendatur. arg. c. 1. § Titius 2. f. 26.

XV.

Hactenus de juribus & facultate majorat. posses-

*possessoris: restat nunc de oneribus quoq; & gra-
 vaminibus ejusdem pauca dispicere. Quam ad
 classẽ primò pertinet resectio rerum majora-
 tus ab ipso possessore prestanda: (a) secundò, So-
 lutio censuum, pensationum aliorumq; tribu-
 torum annuatim facienda: (b) nec non 3. litium
 de rebus fid. subjectis motarum, susceptio & pro-
 secutio: (c) Item 4. Inventarij confectio: (d) ac 5.
 pauperum fratrum sororumq; alimentatio doti-
 umq; datio: (e) & deniq; 7. culpa lata levisq; non
 etiam levissima prestatio. (f) Quibus & hanc
 controversiam adijcimus. Utrum successor maj.
 ad debita prædecessoris solvenda teneatur. (g)*

(a) 1. *Per l. 22 § 3. ibi: culpæ planè reddere rationem &c.*
*ff. ad Trebel. Nam cum 2. hoc damnum ex possessoris negligẽ-
 tia & culpa proficiscatur, utiq; non immeritò ab ipso restau-
 randum l. 108. § 12. de leg. 1. l. 52. § 18. & l. 2. seqq; ff. per soc. c. 16.
 d. R. l. in 6. Equidem 3. quoniam fructus emolumenta q; per-
 cipit, quomodo earum rerum refectionem reculabit? l. 7. §
 16. ff. sol. matr. l. 12. d. Impen. in res dot. l. 7. § 2. & l. 2. seqq; ff.
 de usufr. l. 7. C. eod. De melioratione si à possessore facta an
 cum deterioratione compensari debeat quaeritur? N. 1. *Per*
*reg. l. 23. ff. pro Socio. Ubi damnum ex culpa proveniens cum
 lucro non debet pensari, sed ipsum per se præcisè præstandũ.*
*2. per l. 23. ff. d. Neg. gest. quo textu negotiorum gestor, inde-
 bitè aliquid solvens, id non potest cum eo, quod indebitè ex-
 egit compensare, sed sibi imputare debet, quibus 3. conveni-
 ens est, quod meliorationes ex fructibus & emolumentis pro-
 veniant, arg. § 1. ibi: quod ex occasione patris profectum est,
 hoc ad eum reverti. Iper quas person. cuiq; acquir. deterioratio
 a. ex culpa & negligentia proficiscitur. d. l. 22. § 3. & l. 108. § 12.
 (b) arg. l. 7. § 2. ibi: quoniam & alia onera agnoscit, item ibi:**

stipendium vel tributum &c. ff. d. *Usufr. junct. a l. 27. § 3. eod. 2. per rationem l. 13. ff. de Impens. in res dot. ibi: onus n. fructuum hæc impendia sunt. Fructibus ig. 3. & commodis cum utatur possessor, consequens est ad onera quoq; eundem esse adstrictum l. 10. d. R. I. quippe cum 4. & legatarius ad onera fundi realia teneatur l. 28. ff. d. *Usufr. leg. junct. l. pen. § fin. d. leg. 3. (c) 1. arg. d. l. 7. §. 2. quia ejusmodi litis susceptio & prosecutio, vel ut onus quoddam reale est, ex ipsis maj. rebus proveniens earumq; utilitatem concernens. Unde 2. quemad; pater tanquam legitimus administrator bonorū filii adventitorum tenetur sumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus resistere, ad quem tamen nudus duntaxat ususfr. spectat: sic multo magis poss. major, quem verum dominum in præcedentibus demonstravimus, pro quo 3. ulterius militat l. 47. ff. *Fam. Ercisc.* ubi ad successorem fundi instantia judicii ceu onus reale transit, juncta l. 67. cum sim. ff. d. *contrab. empt. (d) 1. per l. 72. § 3. ff. d. *Cond. & dem.* Ubi necessitas conficiendi inventarii, gravato remitti potest, ad eandem ig. tenebitur. 2. per l. *fin. § 2. & seq. C. d. *Jur. de libr. ibi: omni tamen modo inventarium ab ipso conficiatur, quod etiam 3. Nov. 1. c. 2. § si v. non fecerit, omnino efflagitat, ac facit 4. ratio, nam cum possessor teneatur rationem deteriorationis ac diminutionis reddere: utiq; etiam inventarium, in quod rationes ejusmodi consignari solent, conficiendum. arg. l. 6. § 2. C. d. *bon. qua libr. nec minus 5. & illud, quod post mortem suam ad alium ea res transeat, ig. in testatum redigere debet, ut inde possit apparere, an & quatenus rem pejorem fecerit, quæve aliæ qualitates rei fuerint.******

¶ Quid v. si possessor inventarium non fecerit, an contra cum in litem jurari poterit? N. 1. quia nulla lege cautum hoc legitimus, E. absq; lege loqui erubescimus *c. 5. N. 18. 2. quia alia poena in negligentiam heredum constituta est, ut sc. creditoribus insolidum teneantur l. *fin. § 14. C. d. *Jur. de libr. E. nostrum non est alias ad poenas eos alligare, sufficientibus sc. poenis legalibus, l. 19. cum sim. ff. d. *V. O. Et quamvis 3. adversus tutorem, ob non factum inventarium in litem juretur, l. 7. ff. d. *Adm. tut.* attamen quia illa lex poenalis est, favoremq; pupilli concernit, ideoq; restringenda nec ad alios casus trahenda. Facit 4. quod****

quod obligatio tutorum ad confectioem inventarii præeisa sit, cum bona aliena administrent, atque de iis omnibus ut & fructibus emolumentisq; rationes reddere debeant: ubi è cõtra major. poss. bona propria possidet, uti *supr.* ostensum. Utrum v. hæc inventarii confectio ab Institutore successoribus remitti queat, amplius indagandum venit? Aff. 1. *per text.* l. 72. §. 3. ff. d. Cond. & dem. ibi: rationi v. non exigendæ modus adhibitus. 2. quia confectio inventarii in ipsius testatoris, eorûq; qui ab ipso causam lucrativam habent favorem inducta est, igit. remissio quoq; in præjudicium eorundem fieri poterit, non item in detrimentum creditorum. *arg.* l. 114. §. 14. & *sim.* ff. d. leg. 1. 3. ac quemad; testator prohibere potest fideic; ne cautionem fideic; exigat l. 2. l. pen. C. ut in poss. leg. Ita pari ratione confectioem vetat. Siquidè 4. fides eorundem à testatore & diligentia satis approbata est, ac proinde nihil mali præsumendum, *pr. l. d. sacud. tur. l. ult. d. Cur. fur.* Facit 5. quod testator majoratum pro suo Iubitu planè instituere non potuisset, E. institutum multò magis modificabit, cum suæ dispositioni rerum suarum, conditiones justas & legitimas adjicere nullibi prohibeatur. l. 14. & *seq. d. her. Inst. supr. ib. 9. lit. e.* Maximè 5. cum jure civili hoc inventarii beneficium nemini obtrudatur, sed cuius liberum relinquitur, l. *fin.* §. 13. & 14. ibi: electionem ei damus & c. C. d. *Jur. deliber.* Accedit 6. quod etiam ipse tutoribus necessitas hæc quæ antenus remitti possit, l. *fin.* C. arb. *tur.* (e) 4. *arg. l. 73. ibi:* ut egentem virum, fratrem fore remve sustineat ff. d. *Jur. dot.* 2. *per. l. 5. §. 1. & seqq. ff. d. lib. agnos.* & l. 50. in *fin.* ff. ad *Trebel.* ibi: sed paternæ reverentiæ congruum est, egenti fortè patri officio iudicis ex accessioibus hereditariis emolumentum præstari. 3. *arg. l. 12. §. fin. & l. seqq. ff. d. Adm. tur.* ubi tutor matri sororiq; pupillie, quæ advictum necessaria sunt, cū se ipsas sustinere non possint, dare cogitur, qui tamen nudus tantùm bonorû administrator est. Facit 4. quod obligatio hæc ad alendum, dotandumq; ex jure naturali proficiscatur. *pr. l. d. l. N. G. & C. d. l. 5. §. 1. & seqq. & l. 50. ad Treb.* tantò igit. magis ex fructibus & commoditatibus rerum maj. præstabuntur. (f) 1. *per. l. 108. §. 12. d. leg. 1.* quo in textu levis quoq; culpa præstanda disertè exprimitur. Ratio 2. est, quia quemadmodum in contra ctibus ubi utriusque contrahentis vertitur commo-

dum, etiam culpa levis venit: Ita pariter in hisce fideicom.
ubi ex dispositione testantis uterq. commodum sentit, sefe res
habet. *d. l. 108 § 2.* Secus v. quando unius tantum gratia fid.
relictum *l. 5. § 2. ff. Commod. l. 23. & fin. d. R. l. Confert 3. l.*
47. § 5. ibi: verum etiam quae levis est, exigenda *ff. de leg. 1. (g)*
Hæc res distinctionibus expedienda: Nam aut agitur de debi-
tis ipsius Majoratus Institutoris: aut aliorum successorum: &
vicissim vel de universis bonis & tota hereditate, vel de quo-
ta hereditatis rebusq; particularibus atq; iterum aut in testa-
mento vel per modum contractus relictis: priori casu, quan-
do de universa hereditate aut quota ejusdem fideicom. da-
tum, ad solvenda institutoris debita possessores teneri, proba-
tur *l. 1. l. 114 § 14. ff. d. leg. 1.* Ubi hædam. relictum, nec credi-
toribus nec fisco fraudi esse debet, sed bona defuncti vendi
possunt, ac in hoc fortunam communem fideic. experiuntur.
2. per l. 2. C. ad Trebel. ubi ad eum, qui portionem hereditatis
capit, simul onera transeunt, junct. § 7. J. de fid. her. 3. per l. 8. §
fin. & l. seq. ff. de leg. 1. l. ult. de usufr. leg. ubi legata heredita-
tis parte, hoc cum oneribus quoq; intelligitur, quo 4. facit,
quod bona sic gravata propter debitum gravantis alienari
possint. *d. l. 114. § 14. l. 9. ff. de fid. her. l. 21. in fin. eod. l. 38. pr. de*
leg. 3. Quod tamen iterum eo demum casu intelligendum,
quando aliàs bona testatoris libera deficiunt. *d. l. 38. & d. § 14.*
junctâ l. 15. § 2. ff. de Re Jud. & bona ex test. non v. contractu
deseruntur. Non n. ita per contractum actiones & jura, nisi
si realia sint, transferuntur. *l. 14. § fin. cum 2. seqq. ff. ad Trebel.*
l. 72. ff. de Jur. dot. l. 2. § 1. d. Coll. bon. l. 27. C. d. Jur. dot. Si n.
v. ex quota bonorum rebusq; particularibus relictum fideic.
ad persolvenda debita possessor non adstringetur. *l. 9. ff. de*
leg. 2. l. 1. C. si cert. per. ubi onera pro portionibus hereditariis
non prælegatis feruntur. *2.* Quia actiones personales, singu-
lares non sequuntur successores *l. 1. § 16. ff. ad Trebel. l. 13. C. de*
her. Inst. l. ult. C. de her. act. Facit *3.* quod bona non intelligen-
tur nisi ære alieno deducto. *l. 39. § 1 ff. de V. S. l. 72. de Jur. dot. l.*
2. § 1. cum sim ff. de Coll. l. 6. in fin. C. eod. Atq; hæc tenus dicta iterum
cum eo moderamine accipienda, nisi onera sint realia aliaq;
præterea bona libera deficiant. *l. 1. & 2. C. si unus ex plur. her. l.*
1. C.

z. C. d. her. act. l. 3 § 3. Com. Altero v. casu principali, quo de debitis aliorum successorum agitur vicissim distinguendum est. Nam aut debita ista contracta sunt contemplatione majoratus, & in evidentē utilitatem necessitatemq; ejusdem versa: & hoc casu successor obstrictus est ea persolvere. l. 58. d. leg. 1. l. 19. in fin. ad Treb. l. 11. C. de R. V. & l. 16. eod. arg. c. 1. X. de sol. e. s. d. pign. c. 1. § Si vas fallus 2. f. 28. ita tamen ut à sequentibus repetere possit. arg. l. 5. § seq. ff. qui por. in pign. l. fin. § fin. C. Com. de leg. l. 34. de Reb. aut. Jud. Sin v. debita non major, sed sua prædecessoris gratia, non tam necessariò quàm voluntariè sint contracta, non obligatur successor, n. quia hæc debita personalia sunt, quæ ipsius poss. non maj. utilitatem concernunt, d. c. 5. de pign. Accedit 2. quod cū nō prædecessori, sed primo institutori succedatur. l. 67. § 1. de leg. 2 l. 84. d. her. inst. cujus sc. vicem bona repræsentant, ig. ex his ad successores obligatio transire nequit, l. 72. de Jur. dor. arg. l. 2. ff. de stip. serv. His simul adspargo illam controversiam: An possessor fid. si debitum solvat, cui bona maj. obstricta erant, possit vicissim pro eadē quantitate denuo ista bona obligare? Aff. i. per l. 38. pr. de leg. 3. ubi bona fid. subjecta quæ pro debito defuncti necessariò obligata erant, possunt soluto primo debito vicissim novis creditoribus pro eadē quantitate obligari. Nam 2. quemad. in prohibitione alienandi, necessaria alienatio non continetur, ita nec in hypothecæ datione, quæ speciè alienationis continet. l. fin. C. de reb. al. non al. facit. 3. quod, quia ejusmodi bona ab initio pro tali debito fuerunt obligata, non mirum si vicissim pro eodem debito possint hypothecæ dari, cum non ex nova aliqua, sed antiqua illa causa fiat, nihil q; in præjudicium successorum agatur. d. l. 38.

XVI.

Nunc ad præcipuos major. & fideic. effectus leviter attingendos transeo, quorum 1. est bonorum in familia memoria & perpetua conservatio: inde 2. resultans interdicta alienatio ad 3. his contraria divisio: (a) 4. domini licet restricti limitative acquisitione (b) aliorumq; 5. jurium in lb. 13. & 15. relatorum ad epiro & consecutio. It. quod 6. ex prohibita alienatione cum causa adjectione fid. ejusmodi, inducatur (c) ac deniq; 7. quod maj. licet per modum contract. donationis, divisionis sic institu-

111.

tas, nihilominus vim & effectū ultima voluntatis obtineat (d)

(a) De his tribus prioribus effectibus sufficienter actum fu-
it *supr. eb. 4. lit. e. 1. & seq. & lb. 8. lit. C. d. f. & alibi passim.* (b) Non
n. hoc dominii genus liberum, sed ad vitam possessoris testris
ctum limitatumve est, nec non absq; alienandi facultate con-
cessum. *l. 32 § fin. ff. d. leg. 2. l. 54. ff. ad St. Treb. & l. 54. ff. ad L. Falc.*
Quomodo v. & qualiter ultimo majoratus possessore mortuo
in sequentem dominum transferatur non omni caret scrupu-
lo & ipso jure transferri verius puto. i. Quia vi & virtute primi
testatoris jussus, quo omnibus de familia fid. deferri, præcepit
restitutio eunctis successorib. ita facta est, ut mortuo præde-
cessore semper purificetur conditio diesq; veniat, qua vigore
primæ verbalis restitutionis à testatore semel factæ, major. se-
quenti in gradu ipso jure acquiratur. *l. 26. ff. de Usufr. leg. l. fin. C. de leg. l. pen. in fin. C. ad Treb. l. 7. de prob. l. 37. l. 63. ff. eod. 2. quia à primo constituyente, omnib. successorib. jus reale in fid. quasi-
tum est, ig. alienatione à prædecessore facta, ipsius petitio ac
vindictio competit. l. fin. § 3. C. Com. de leg. l. 32. § fin. l. 63. § 3.
& sim. ff. de leg. 3. de l. pen. in fin. C. ad Treb. Accedit 3 quod domi-
nii acquisitio ex mente primi disponentis perpetua sit effecta
l. 16. C. d. probat. quapropter in pendentem, sive in aere volitare
nequit. *l. fin. in fin. Com. prædior. l. 4. § 3. ff. d. in diem addit.* Con-
firmat *4. l. 3. C. de Don. sub mod.* ubi quando res alicui donatur
ad certum diem, ita ut post illum in alium transire debet, tunc
adveniente die res illa statim ipso jure alteri acquiritur. Con-
fess *5. l. 64. in fin. de Furt. & l. 80. de leg. 2.* Quibus text. ea-
quæ legantur recta via à legante in legatarium transeunt. In
possessione, quæ sine apprehensione non transfertur, aliter se
res habet. *l. 1. § 1. l. 1. § 1. & 3. l. 23. l. 30. § 5. & sim. ff. de Acquir. poss. (c) l. 114. § 14. de leg. 1. l. 38. § 4. & l. 93. de leg. 3.* quibus tex-
tibus expressè asseritur, quod præceptum testatoris modo
non sit nudum, sed cum prohibitionis ratione vestitum, fidei-
com. inducat omnemq; alienationem excludat. *vid. supr. ib. 4. lit. C.* (d) *1. per l. 20. § 3. ff. fam. Ercyse.* ubi divisio hereditatis facta à parente inter filios non vim donationis, sed potius supre-
mi judicii divisionem obtinet. *2. per l. fin. C. Fam. Ercyse.* ubi quæ-
cunq; scriptura pater bona sua dividat inter filios, ea scriptura
vim*

vini ultimæ voluntatis habet 3. per l. 3. C. de Inoff. test. Aubr: qui d
sine C. de Testam: l. ii C. de Donat: quibus textibus idem comproba-
tur. Ratio 4. est, quia ejusmodi fideicommissum per modum
contractus vel donationis datum, ideò naturam ultima vo-
luntatis assumit, quia hoc modo confirmatur ac per mortem
irrevocabile perpetuò efficitur. arg. l. 12. C. ad L. Falcid. l. 24. ibi:
ex morte ejus confirmantur. C. de donat. inter vir. & ux. Quapropter
5. hæc fideicommissa, quo ad productionem & dum in fie-
ri sunt scil. quo ad constitutionem & ordinationem contra-
ctui æquiparantur, quo ad effectum verò & efficaciam tan-
quam ultima voluntas censentur, l. 4. & 6. ff. de Adim. vel trans-
fer. leg. l. ult. C. de pact: l. 19. ff. si cert: per. l. 35. ff. de mort. causa
donat.

XVII.

*Haectenus de constitutione, reliquum
est de dissolutione & modis finiendi in poste-
rum differere. Tales sunt 1. Exclusio à suc-
cessionem majoratus ex causa ingratitude
vel inimicitis: (a) 2. Ademptio bonorum in pœ-
nam seu indigno facta, (b) Revocatio à pri-
mo institutore vel omnimoda (c) vel à sequen-
te ductaxat successore: (d) Sententia & res ju-
dicata super rebus majoratus lata: transactio
& compromissum, (f) præscriptio. Non item
confiscatio ex crimine possessoris. (g)*

(a) In hoc finiendi modo triplex distinctio observa-
da. Aut enim causa hujusmodi præcedit majoratus institutio-
nem, aut eo jam instituto, ante mortem tamen constituentis
contingit, vel post mortem ejusdem.

Primo casu, quando successor ille ingratus & inimicus
ante

ante constitutum adhuc majoratum expressè & specificè vocatur, quia tunc ex seq. speciali vocatione causa inimicitiae & ingratitude remissa censetur, à successione non repellitur. l. 23. de lib. & posth. l. 3. §. 7. ff. de bon. poss. contr. tab. l. 11. §. 1. ff. & s. ult. ff. de injur. Sin verò tacitè & generalibus verbis invitetur, ex conjecturata testantis mente vocatus non censetur. arg. l. pen. n. ff. de leg. 2. Ubi is, qui testatori odiosus sub generali vocatione non continetur.

Secundo autem casu, ubi post constitutum majoratum causa ingratitude vel inimicitiae suboritur, quæ aliàs successores reddere solet inhabiles, tunc ejusmodi ingratus à successione remouetur. Nov. 115. c. 3. l. fin. C. d. Revoc. don. Aubri hi capere C. d. Episc. & Cler. Auth. liberi C. d. Episc. aud. & t. ff. & C. d. his quibus ut indign. quod maxime eo casu procedit, quando per modum legari vel prælegari majoratus institutus, nam & tunc sine nova voluntatis declaratione majoratus intelligitur revocatus l. 3. §. fin. ff. d. Adempt. leg. l. 22. eod. l. 9. & sim. ff. de his, quibus ut indign. Tertio tandem casu, quando post mortem eius odii causa emergit, iterum successione eum indignus privatur l. 1. ff. de his, quibus ut indign. l. 17. ff. eod. l. 1. & l. 3. ff. eod. Vbi ex causis post mortem contingentibus successione indignus quis efficitur. Facit ratio, quia æque mortuo uti vivo hac ratione offensa seu injuria irrogatur l. 1. §. 4. l. 26. ff. de injur. (b) 1. per l. 48. §. fin. ff. de Fel. fsc. & l. 1. C. de her. Inst. & r. r. ff. de his quibus ut indign. quibus text. deportati vel alias indigni effecti, à successione excluduntur. Rat. 2. est, quia institutio incapacis habetur pro non scripta l. 3. de his, que pro non script. l. unic. §. 2. C. de Cad. toll. Et incapax pro mortuo reputatur. l. 1. §. 7. ibi pro mortuo habetur ff. de conjung. cum emancip. l. 4. §. 2. ff. de bon. libere.

(c) Quia fideicom. sive in contractu sive in testam. constitutum vim ultimæ voluntatis sortitur. th. prædict. lit. d. 19 quemadmodum ultimæ voluntas usq; ad mortem revocari potest, ita quoq;

quod tale fideicommissum. *l. 4. de Adm. leg. l. 52. §. 9. §. pro
Soc. l. 22. de leg. 3. Nec n. 2. libertas testandi quæ juris gentium
est in supremis judicijs, constringi poterit. d. l. 52. §. 9. & sim.*
Facit 3. quod ejusmodi fideicom. ex contractu vel testa-
mento constitutum, traditione non secuta, adhuc nudum
sit & imperfectum, ut proinde ubi alterius exinde nulla cap-
tio, poenitere sit licitum, *l. 11. §. fin. de Interrog. & l. 11. ff. de R. J.*
At quaeritur si majoratus subsecuta traditione sit institutus,
an sic irrevocabilis efficiatur? Distingvo. Nam aut traditio
simpliciter fit inter vivos absque commemoratione ultimæ
voluntatis, aut vero cum relatione ad eandem. ac priori
casu irrevocabilis efficitur, 1. Quia hic majoratus donatio
quædam est inter vivos ubi dominium statim ac perfectè
in accipientem transfertur, ideoque regulariter poenitere
non licet. *l. 5. C. de Obl. & act. l. 4. C. de repud. her. l. 8. ff. de
Obl. & act. l. 3. l. 7. & sim. C. de Resc. Vend. l. fin. C. de Revoc. don.* Facit 2. quod donatio ex numero eorum sit, quæ semel inita vin-
culum habet necessitatis *l. 35. c. de don. l. ult. ff. & l. 5. C. de Revoc.
don.* Posteriori verò casu, realis illa traditio non tantæ efficacæ
est, ut ultimæ voluntatis naturam alterare possit, hæc autem
usq; ad mortem ambulatoria *d. l. 4.* Accedit 2. quod tale fidei-
commissum per mortem demum confirmetur ac irrevocabile
fiat. *arg. l. 12. C. ad leg. Falc. l. 24. C. de don. inter vir. & ux. vid. th.
preced. lit. d.* De traditione illa, quæ per constitutum fit, an &
ea h. l. sufficiat in dubium venit? Aff. 1. Quia per consti-
tutum æquè possessio & dominium acquiritur, licet actus is
acquirendi fictus sit. *l. 6. §. 1. ibi: proprie possidere videor. l. 8:
ff. de Acquir. poss. c. 9. ibi: cum & is possideat, cujus nomine pos-
sidentur. de Rest. spol. & c. 17. de præscrip.* 2. Quia fictio in
casu ficto, tantum operatur, quantum veritas in casu vero,
Nov. 39. c. 9. §. 1. & sim. Et an per pactum de non revocando ir-
revocabilis fiat majoratus, iterum disquiritur? Aff. 1. *per l. 27.
ff. de mort. causa don:* ubi donatio alias sua natura revocabilis

Q.

Q.

Q.

in pacto
H. 2
pacto

facto de non revocando irrevocabilis efficitur. 2. Quia per hoc pactum majoratus in quandam donationem inter vivos transfunditur d. l. 27. l. 13. in fin. l. 35. §. 4. in fin. ff. de Mort. causa don. at hæc statim perfecta est, & traditionem omnimodam habet impositam, l. 35. C. de don. Novel. 62. c. 1. §. 3. ff. de don. Facit 3. quod alias pactum ejusmodi nullarum esset virium & contra intentionem contrahentium nullius effectus & operationis, cum tamen pacta legibus non adverfa omnino sint valida. l. 55. & l. 44. ff. de cond. & dem. l. 1. & pasum t. r. ff. de Cond. Inst. vid. supr. th. 9. lit. e. (d) Hic finiendi modus non omnimodo majoratum tollit, sed in certis tantummodo personis propter inimicitiam aliasque æque graves ingratitude causas eundem aufert. de quo h. r. lit. a. & b. actum. (e) Res alienari prohibita ex sententia alienabilis adeoque libera efficitur 1. per l. 3. §. 3. ibi: nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem l. 13. ff. Fam. Erisc. Vbi alienatio, quæ aliis prohibetur, si ex necessitate fit, recipitur. junct. l. 49. eod. l. 5. de per. hered. Aded 2. ut sententia & res iudicata nec non univërfa iudicij acta omnibus & perpetuo successoribus noceant. l. 44. de R. J. l. 55. §. fin. ibi: potestas enim evictionis, tollit intellectum restitutionis ff. ad Sc. Trebel. l. 50 §. 1. de leg. 1. l. 17. §. fin. & l. 29. pr. ff. de Inoff. test. l. 11. §. fin. de Jurejur. Quibus suffragatur 3. l. 5. §. 1. ibi: quia effectu quodammodo heres est ff. Quod cum eo & c. Nam qui 4. per successione[m] quamvis longissimam defuncto heredes existunt, non minus successores intelliguntur l. 194. de R. J. Facit 5. l. 37. sol. matr. l. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. ubi bona per sententiam publicantur & filco acquiruntur junct. l. 96. §. 1. de leg. 1. (f) de his supr. th. 4. lit. e. dictum. Verum & his modis respectu saltem transigentium & compromittentium dissolutio inducitur, neque enim in præjudicium sequ. successorum quicquam prædecessores agere possunt d. th. lit. e. (g) Hæc in certis quibusdam casibus admittitur veluti 1. si præscriptio in vita institutoris & ante ipsius majoratus institutionem incepta est l. 16. ff. de Fund. d. r. ubi alienationis prohibitio post inchoatam præscriptionem superveniens eandem non interrumpit. 2. In casu quando alienatio à prædecessore facta ipso jure nulla est: ubi sequens

sequens in gradu facile agere potest, uti & sequentes eum tunc
requirere debent, iisigitur in revocatione & requisitione
negligenter versantibus, contra eos tanquam negligentes cur-
rit præscriptio, cum non dicantur impediti qui facile agere &
impedimentum removere possunt. *l. 17. 4. de R. J. l. 40. de Cond.
& dem. siquidem hoc casu, potentia faciendi factum præsen-
tat. l. 50. de contrab. emt. l. 1. §. 8. si quis omif. causa test.*

Tertio hoc etiam procedit in præscriptione imme-
moriali, in qua ex tanti temporis lapsu, bona fides, Justus titu-
lus & omnia requisita alia adfuisse præsumuntur. *arg. l. 16. ff. de
Vsufr. & l. 8. ff. de Usufr. leg. Facit quod infinitas quoq; omnibus
in rebus devitanda sit. l. 13. §. fin. ff. de damn. infect. l. 1. C. de sent. que
pro eo & c. l. 9. de solut. l. 11. §. 18. de leg. 3.* Alias vero regulariter
in rebus fidei commissio subjectis præscriptio nullum sibi vin-
dicat locum. 1. per *l. fin. §. 3. C. Comm. de leg. ibi*: ut nec usuca-
pio nec longi temporis præscriptio procedat. 2. Quia ubi
lex præscriptionem inhibet, ea currere nequit *l. 24. ff. de Vsufr.
l. 2. C. pro donat.* 3. Quia non valentibus agere, nulla cur-
rit præscriptio, nec iisdem ulla negligentia imputanda. *l. 1. §.
fin. C. de Annal. except. l. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 4. C. de bon.
que libr. l. 3. ff. de Vsuc. accedit 4. l. 2. de Vsuc. pro emt*: ubi propter
testatoris prohibitionem servus nequit usucapi vel alienari.
Ac licet præscriptio 30. aut 40. annorum contra possidentes
quidem & adversus eosdem admittatur *l. 3. & 4. C. de præscr.
30. vel 40. an. l. fin. c. In quibus causis in integr. restit*: Non tamen in
præjudicium successorum id extendi potest. *arg. l. 44. §. 9. ff. de
C. & D. l. 45 §. 1. de leg. 2. ibi*: nam nec pertinet ad nos, antequam
dies veniat, vel conditio existat, *l. 1. §. 11. Quod legat (b) 1. per l. 12. &
l. 21. ff. de fid. libert. ubi alienatione bonorum interdicta, ea ex deli-
cto in fiscum n. n. transeunt 2. per l. 37. & l. 48. ff. de Jur. Fisc. in quib.
legibus privilegium fisci in poena contra creditores quales &
successores hi reputantur non exercetur junct: l. 77. §. 4. de leg.
2.* Quibus 3. suffragatur, quod qui contrahendo in præju-
dicium alterius alienare non potest, ille similiter & multo
minus delinquendo præjudicare potest. *l. 3. C. de bon. pro script. l.
14. ff. de Jur. fisc. Consentit 4. l. 3. ff. de Inter. & releg. ibi quæ*

H 3 non

non à patre, sed à genere à civitate &c. tribuerentur, ea manere eis incolumbia. & l. 7. ibi. ut avi potius ei dignitas proflit, quam oblit casus patris ff. de Senator. Quod ipsū amplius s. confirmat. l. 9. ff. ad L. Jul. Mai. ib. bona liberis damnatorum conservari. Atq; hæc tenus dicta in bonis quidem Majoratus vera, non item in usu fructu possessori ad vitam proprio. Hic in fiscum transit, d. l. 48. de Jur. fisci. Nam cum bonorum majoratus alienatio exinde non consequatur, neq; etiam fisco in eisdem jus reale constituatur, utiq; quin ad fiscum transeat, nihil obstat. d. l. 3. ff. de Interd. ac releg. Facit deinde, quod percipio commoditatum non in favorem ipsius Majoratus, sed ejusdem possessoris tendat, proinde igitur delinquenti in fraudem fisci non succurrendum, sed potius favor fisci præferendo, l. 114. §. 14. de leg. 1. d. l. 3. de Interd. & l. 38. de Jur. fisci. Quod maxime in ipso Majoratus institutore procedit. Nam si hic delictum aliquod, ex quo bona fisco veniant ad judicanda commiserit, eo ipso majoratus institutio revocabitur, l. 8. §. 1. ibi: bona quoq; quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur ff. q. test. sac. possunt. l. 15. de don. l. 14. §. 5. Qui & à quib. manum: & l. 5. ff. de don. mort. causa: quibus consentaneum, quod & majoratus ex contractu institutus vim & effectum ultimæ voluntatis sortiatur, supr. tb. 16. lit. d. Excipe tamen nisi ex donatione majoratus factus sit irrevocabilis. 1. Quia tunc donationes inter vivos ante delictum perfectæ, sequenti ex delicto non retractantur d. l. 15. ff. de don.: 2. Quia semel factum legitime non retractatur, licet postea casus eveniat, à quo inchoari non possit. 6. 73. cum sim. de R. J. in sexto. Facit 3. quod uti non contrahendo: ita minus delinquendo præjudicium aliquod inferri possit. d. l. 3. C. de bon: proscript.

XVIII.

His modis enodatis, succedunt alienationes ex causis necessariis majoratum tollentes: Tales sunt: 1. Alienatio ex causa æris alieni

alieni facto institutoris constati, (a) 2. ex
causa legitima, (b) 3. alimentorum, (c) 4.
dotis & donationis propter nuptias, (d) 5.
studiorum, (e) 6. refectiois & conserva-
tionis honorum, (f) 7. redemptionis capti-
vorum, (g) 8. valetudinis & sanitatis (h)
ac deniq; ex omnibus iis causis in quibus aut
favor publicus vertitur: aut mens testatoris
presumpta & tacita apparet: vel alia neces-
sitas inevitabilis emergit. (i)

(a) 1. per l. 17. §. 14. de leg. 1. ubi prohibita bonorum ali-
enatio eatenus valida est, ne creditoribus aut fisco fraudi sit. 2.
per l. 9. & l. 21. in fin. ff. de fidei c. liberi: quibus in textibus neces-
sitas alienandi ex causa testatoris proveniens, regulariter ex-
cepta. 3. per l. 69. §. 1. ibi: si non voluntaria facta sit alienatio:
facit 4. ratio hæc: Quia non debet in arbitrio debitoris esse
positum, suos fraudare creditores, l. 27. C. de pact. l. 39. de Neg. gest.
maximè; cum lex nemini suum auferre concedat, quin po-
tius semper procuret omniq; conatu provideat, ne aliquid
præjudicij creditorib. fiat. l. fin. C. de pact. & d. l. 25. eod. cum quib. 6.
conveniunt. l. 38. pr. de leg. 3. l. 7. §. 2. de Impens. in res. dot. l. 7. §. 16. ff.
Sol. matr. quibus prohibitiones alienationum ad necessarias
non potrigi, expressè probatur, ac concurrir 7. presumpta testa-
toris voluntas, quæ alienationem ex causa necessaria inhibu-
isse, censeri non debet dd. modo ll. (b) vid. supr. th. §. lit. a. b. (c) Auth.
Res quæ C. Comman. deleg. & l. 12. C. d. SS. Ecclesi. Quibus in legibus
cum ex causa dotis & donationis propter nuptias alienatio
concedatur: idem quoq; in alimentis eandem ob rationem af-
severandum. Nam quemadmodum juris naturalis est, & ad offi-
cium communcq; parentum vorum spectat. legitimam filijs
relinquere d. th. lit. a. b. filiasque dotare h. th. lit. seq. ita
pariter

pariter ad alimentorum præstationem naturalis stimulus pa-
rentes adhorratur, l. 1. in fin. ff. de J. & J. l. unic. §. 1. vers. file. st. C.
de Rei ux. act. arg. l. 12. C. de præd. min. l. 5. & passim ff. de agnos. &
aleud. lib. Accedit 2. & hic quoq; præsumta testantis voluntas,
quæ uti in legitima & dote de necessaria alienatione non cogi-
tasse præsumitur: ita quoq; in alimentis, ne quis fame pereat
arg. l. 22. §. 3. Ad Trebel. maxime 3. cum necare videatur, qui ali-
menta negat, l. 4. ff. de agnos. liber. l. 5. C. de leg. aquil. Ut ita 5. fa-
vor quoq; publicus hoc loco veniat considerandus, quo puer
non solum parentibus, sed etiam reipubl. nasci asseritur. l. 1. §.
15. ff. de Ventr. in poss. mit. arg. l. 2. de J. & J. (d) 1. per Aubr; Res que
C. Comm. de leg. ubi res fideicommissio subjectas, ex causa dotis
sive donationis propter nuptias alienare vel obligare permis-
sum. 2. per l. 22. §. 4. & l. 62. ff. ad Trebel. ubi cum pudicitia mu-
lieris & patris voto congruat causa dotis restitutioni heredita-
ris semper exempta atq; loco æris alieni habetur. Accedit 3. ma-
ximus dotium favor, ac quod reipubl. etiam interfit fœminas
non esse indotatas l. 1. ff. sol. matr. & tot. tit. de Jure Dot. Quo
facit 4. l. 78. §. 14. ad Trebel. in qua sub generali fideicommissio
causa dotis non continetur, adeoq; lex eam omnino voluit esse
privilegiatam. Confert & illud 5. quod dotibus in dubio
semper favendum & pro his respondendum l. 70. cum sim. ff. de
Jur. dot. Nec non 6. præsumta testantium voluntas maxime in
parentibus, quorum officium est, dotare filias l. fin. C. de dot;
promiss. l. 4. C. de Jur. dot. (e) 1. arg. de aubr. res que & c. ibi: in ratione
annexa: Nam cum ea, quæ communiter omnibus profunt,
præponantur his, quæ specialiter quibusdam saltem utilia sunt,
consequens est, quod causa studiorum, qua totus illuminatur
mundus Aubr. habita C. Ne fil. pro patr. atq; omnibus prodesse li-
cet favore quoq; publico huc referri debeat, §. fin. in fin. pro em-
institut. Pro quo 2. etiam militat creberrima dotium cura cau-
sa studiorum comparatio. arg. l. 2. ff. de leg. 3. ac tandem 3. com-
probat hæc ratio, quia ex causa studiorum non tantum toti sa-
milia & generi major honor splendorq; accrescit, sed etiam ex
studijs virtutibusq; eruditorum ipsa patria, totaq; deniq; pro-
vincia juvari ac illustrari potest d. Aubr. Habita. (f) 1. arg. l. 7. §. 16.
ff. Solut;

ff. solut. matr. § l 3 § 1 ff. d. Impens. in res dot. Quibus text. ma-
rito ad impensas pro ædificiorum agrorumq; restauratione
perpetua, conceditur repetitio: idem ig. eandem propter ra-
tionem & necessitatem in majoratus bonis dicendum, 2. *per l.*
58. d. leg. 1. § l 19. in fin. ad Trebel ubi ex bonis fideicommissio
subjectis, impensæ eam in causam factæ, non deducuntur, I-
dem probat. *l. 22. §. 3. in fin. ff. eod. § l. 72 ff. ad L. Falc. Milia-*
tat n. 3. & hic quoq; verisimilis testantis sententia, qui uti bo-
na voluit conservari, ita quoq; restitutionem eorundem eū vo-
luisse facile colligitur. (*g*) *1. per l. 21. C. d. SS. Eccles.* ubi vestes &
alia donaria ex juris dispositione alienari prohibita, nihilomi-
nus propter necessitatem redemptionis captivorum alienari
permittuntur. E. hoc multò magis in prohibitione alienati-
onis à testatore seu privato ac in rebus allodialibus temporari-
libusq; facta asserendum. Adjuvat 2. *l. 20. § 21 ff. sol. matr.*
quibus ll. redemptio captivorum pia & honesta causa appella-
tur, imò hæc 3. adeò necessaria, ut in ea etiam favor publicus,
libertatis animarumq; salus, quæ cunctis rebus præferenda,
versetur *l. 1. Spen. C. d. Com. serv. manum. l. 7 C. d. Test. manum*
l. pen. C. de donat. Deniq; 4. comprobatur *A. b. i.* contra cum *roga-*
eus ibi: ex causa & c. captivorum redemptionis & c. permittitur
deminutio *C. ab SC. Trebel (h) 1. per l. 31 § 11. § 12. ff. d. Edil. eo-*
dict. ubi maritus lucro dotis privatur, qui non adhibuit medi-
cum, atq; sic morti præbuit occasionē 2. *arg. l. 10. § 1. sol. matr.*
quia omisio pharmacorum aliorumque ad salutem corporis
necessariorum, occisio quædam videtur *l. 4 d. agnos. lib l 3. pr.*
§ 2. 3. § seqq. ff. ad SC. Silan. ac proinde 3. cum vitam ac salutē
hominis respiciant; ac Reip. etiam intersit membra ejusdem
salva esse & illæsa, non incommodè, quæ de alimentis dicta,
h. eb. lit. C. huc quoq; trahi possunt. (i) per textus & rationes
hæc thesi in declaratis exemplis passim adductas Quibus præ-
terea hæc nō inutilis adjicienda limitatio, qua hæctenus dicta
ita demum procedunt: nisi alia bona libera, fructusq; rerum,
fideic. suppositarum non sufficiant. Eo enim demum casu li-
cité ad alienationes perveniri posse probant. *l. 22. § 4. ad Tre-*
bel. ibi: potius fructibus hoc expensum ferendum, quàm fidei-
commissio & *l. 38. d. leg. 3. ibi:* Si non erat aliud in hereditate,
I
undo

unde debitum exolvisset. Huc ig. spectat quæstio illa: An facta alienatione fideicom. tempore quo bona libera extant, ea in totum nulla sit & annihiletur: an v. usq; ad valorem bonorum liberorum revocetur? Quod postremum verius est. Quia in alienatione horum bonorum semper hæc conditio subintelligenda, nisi bona adsint libera, eaq; ad causam istam necessariam non sufficiant: *dd. l. & d. aubi. res que C. Com. d. leg. ibi*: sed si liberis portio legitima non sufficit & c. ig. casu quo bona libera quidem extant, at non sufficiunt, conditio hæc subintellecta existit: at nullitatem tamen actus non operatur, sed ad concurrentem tantum quantitatem revocat *d. l. 22. §. 4. ibi*: in verbis: dotem decedere, ac si quod superfuisset, rogata esset restituere, & in dictis verbis *aubi. Res que & c.* sed si portio legitima non sufficit: permittitur res prædictas in eam causam alienare, adeoq; cum pro parte alienatio legitime semel facta sit, in posterum non debet penitus annullari. *s. 73. d. R. I in 6to. l. 29. d. R. I* Facit quod utile per inutile non vitiatur. *c. 37. d. R. I in 6to.* Quid v. in casu bonorum liberorum post supervenientium habendum, anne tunc præcedens alienatio retractanda? Nihil minus, quin hæc alienatio semel à principio fuit perfecta ac consumata. Igit. ex post facto non vitiatur. *d. §. 5. §. 1. d. R. l. 18. de his, qui test. fac. & jam all. l. maximè cum 2. res semel licitè & ex justa causa facta alienabilis, perpetuò talis permaneat. supr. th. §. lu. f. lbi quæst. an ve alienari perbita & c.*

X I X,

Supereſt de actionibus & remediis, que successoribus fideic. competunt paucis agere. Ea v. duplicia sunt: vel petitoria vel possessoria. Illa sunt actio ex testamento: (a) Fideicommissaria hereditatis petitio: (b) rei vindicatio: (c) & hypothecaria: (d) Hæc v. adipiscenda sc. possessionis sunt, Interdictum quorum bonorum: (e) & Remedium L. fin. C. d. Edict. Divi Adrian. toll. (f)

(a) Hæc


(a) Hæc datur omnib. iis, quorum gratia & favore res alie-
nari prohibita est, quæ tamen non obstante prohibitione fuit
alienata l. 114. § 15. d. leg. i. l. 67 § 4. d. leg. 2. l. 32. Sult. l. 69. § 3.
l. 67. § 7. ff. eod. adversus gravatum ejusq; heredem si res ap. eū
inveniatur, ut restituat. l. 22. § 3. l. 3. § 3. l. 70. § 1. ff. ad Trebel. l.
40. § 1. eod. l. 94. § 1. d. leg. 1. non aliter de fidei. huc is posside-
ret, cum dolo possidere desierit. l. 131. ff. d. R. l. c. 36. d. R. I. in 6.
l. 13. § 2. § 12. l. 25. § 8. 7. & pessim. d. her. per (b) Hæc datur adver-
sus eos, qui bona fideic. pro herede vel possessore possident. l.
1. ff. d. Fideic. her. per. l. 37. l. 63. ff. ad Trebel. l. 13. § 1. ff. d. per her.
adversus a. ipsum gravatum non datur. l. ult. § fin. ff. d. fid. her.
per. Atq; ea dem recipit, quæ petitio hereditatis civilis l. 2. d. t.
adeoq; re cō hæc tenebuntur pro herede vel possess. possiden-
tes. l. 9. & seqq. l. 13. Sult. ff. l. 7. C. de petit. her. Quandoq; verō
utilis quoq; petitio her. contra singulares successores datur d.
l. 13. § 4. 8. 10. d. t. (c) Hæc datur fideic. & iis, quorum gratia
res relicta est, contra quemcunq; detentatorem, in quem res
fideic. supposita alienata est l. 1. § 2. & l. 3. § 3. ibi; omnia licen-
tia pateat, rem vindicare, & sibi assignare nullo obstaculo ei a det-
entoribus opponendo l. pen. § 1. ibi; sive à primo fideicommissario
in secundum translatio celebrari jussa est. ipso jure utiles actiones
transferuntur C. ad Sc. Trebel. l. 25. pr. d. O. & A. l. 69. § 1. d. leg. 2.
(d) Hæc competit fideicommissariis pro rebus fideic. obno-
xiis à tertio possessore vel etiam herede possessoris avocandis;
Aubr. contra cum rogatu C. ad Sc. Trebel. l. 1. C. Comm. de leg. l.
21. C. d. SS. Eccl. Nov. 108. c. 2. vers. Tunc damus ei & contra em-
tores aut aliter accipientes res, in rem & hypothecas ex au-
thoritate hujus legis. Adeoq; cum jus reale ex primo dispo-
nentis jussu fideic. constitutum sit, utiq; hæc actio ipsis non
erit deneganda. vid. ib. 16. br. 6. An v. & quomodo hæc actio;
nes concurrant & cumulentur? de eo brevitat. causa videntur
possunt latissimè Garibald. ad l. 1. ff. d. leg. 1. tit. d. Concur. rei
Vind. & act. ex testamento, Obrecht d. ff. 28. ib. 232. & seq. Anton.
Peregrin. d. Fideic. Artic. 45. n. 46 vers. Sed utrum petitio. & c.
Hill. in Don. Emanuel. l. 21. c. 3. br. d. (e) Utile sc. quod iterum fi-
deic. competit, adversus pro herede vel pro possessore possi-
dentem ad restitutionem rerum fideic. suppositarum l. 1. quor.

*Bau. l. 1. ibi: bonorum possessionem agnovisti & l. 3. ibi: quasi successorem C. eod. Nam cum post restitutionem verbalem vicem domini obtineat fideicommissarius d. rb. 16. lit. b. Inerdictum v. hoc uniuersitatē respiciat & ei competat, qui se ad bona admissum docere potest l. 1. C. Quor. bon. utique ab eo fideic. excludendus non erit, quippe cum & hic ad uniuersa quoque bona inuitari soleat. *supr. rb. 12. lit. b. Menoch In Secund. remed. Adipisc. n. 18 & Rip. in l. 1. quorum bon. n. 2. & n. 15. & 16. (f) hoc remedio similiter utitur fideic: in continenti sc. probans se jus in rebus fideicommissi suppositis habere. eaq; ratione missionem in possessionem earum rerum impetrare potest l. ult. ibi: & ei possessio acquiratur, qui potior ex legitimis modis iura ostenderit. C. d. Edict. Diui Adrian. roll. gloss. in l. 1. § fin ff.**

Quor. bon. Ripa ibid. n. 15. Anton. Peregrin. art.

48. n. 12. & seqq.


DEO SOLI GLORIA.




X2615935

Kort







B.I.G.

Farbkarte #13

VGURALIS, *P. Jy. 21*
Pr. 53. num 29.

mifsis *1622, 1*

& in specie *g*
oratus.

ENTER AD-
CATIA


Gravissimiq; JCro-
na Lipsiensium

ate Doctorali
venda

aminandamq;
ibet

AGRICOLA Lipsf.

28.
tis.



S LANCKISCH.

XXII

